vel quies. sicut probatur in phisicis. Item est contra sententiam doctorum sicut probat
argumentum pro ista parte. xi. c. articulo. in quo dicitur quod est excommunicatus qui di
cit. quod celo stante ignis non ageret in stupam. et ideo dicendum ad questionem quod
stante illo motu. potest esse aliquis alius motus. saltem localis. — Ad
argumentum dicendum quod cessante causa cessat effectus. sed quod est causa. celum autem non
est causa omnium motuum effectiva. sed bene est causa certificativa. quia per ap
positum ad illum motum. qui est magis regularis certificamur de mensu
ris aliorum motuum. et sic videtur intelligere philosophus. x. phisicorum. c. de tempore
ubi dicit. quod mediante motu celi mensuramus alios motus. ergo motus
celi est causa omnium motuum. et etiam motus ille causa generationis saltem per
accidens. sed non per se. quia ideo celum non solum agit per motum sed etiam per in
fluentiam. unde sicut ignis stans calefaceret sic illa corpora statia
possunt agere. per suas formas. et forte maior causa est quare celum
moveatur. ut corpora per talem motum vicissim appropinquent ut po
ssint suas influentias ad nos dirigere. unde miror multum quod
motus sit alicui ratio agendi. quia si ita est ubi talis ratio sequitur talis
effectus. — Ad id autem quod dicitur quod oportet esse in quolibet genere aliquid primum
et cetera. dico quod ita est in proposito. quia in genere motuum est aliquis motus prior
cui competit prima ratio motus et ille est celestis quia est magis velox
et regularis ad cuius operationem et per attributionem. dicuntur alii esse
motus. sicut ipse ponit exemplum de igne qui est primum in genere calidorum
et quanto aliquid ens plus appropinquat dicitur esse magis calidum
et similiter dicitur de ente quod magis dicitur de substantia. et per consequens de accidente. ita
tamen quod accidentia non dicuntur entia. nisi per attributionem ad substantiam et sic
dicuntur motus alii qui per accidens motus per operationem ad illum. nichi
lominus tamen sic accidentia sunt entia. sic et motus sunt motus licet non
sic proprie appareat sicut in aliis. abundantia aquarum vel siccitas
De inde quare utrum mare propter hanc unquam redundet vel deficiat 92
et videtur quod non quia nec reponitur in suo loco per suam materiam. sed solum per
formam. sed mare non dat fontibus nisi materiam. ergo et cetera. — Contra. Ecclesiastes primo. omnia
flumina intrant in mare. et mare non redundat. — Responsio dicendum quod
sicut narrat philosophus. 2. metheororum. aliqui dicunt quod mare aliquando
in aliquibus locis desiccatur et in aliquibus magis humectatur. et dicunt
quod causa est motus celestium corporum. sed propter suam magnitudinem
nemo advertit sicut nemo advertit suam velocitatem. nec
respiciat ad id fixum. unde et dicunt quod terra in principio fuit cir
cundata aquis. sed sol elevavit vapores et minorata est. forte
autem et origo fluminum est oceanus in quo est quidam locus qui dicitur
charach. in quo absorbentur omnes aque in parte septentrionali
in quo non invenitur fundus in profundo. et ex alio loco qui dicitur
carcasus. oriuntur omnes aque. ista opinio istorum non replet
sed quid sit de ista opinione nescio. nam dicere videtur quod tanta
multitudo aquarum que aliquando est in fluminibus non diminuat suum
principium. cum quantumcumque addatur quanto faciat ipsum maius. quantum
et equaliter omne finitum aliquoties deceptum tandem deficit. quod sed ad
hoc respondet glossa super illo verbo quod est allegatum in contrarium. Ecclesiastes i.
quod ideo mare non deficit quia quantum exit ex una parte tantum in
trat per aliam partem. unde quod sacra scriptura sit dicto et glossa sic ex
ponit. dico quod duplex est augmentum et diminutio. scilicet sensibile et percepti
bile. et tali modo non crescat mare nec redundat. quia est tanta ei
quantitas quod vix appareret unum magnum flumen intrans non solum
in medio mari sed nec in principio. non sic appareret una gutta vi
ni proiecta in amnem. unde nec mutat sensibiliter colorem
nec quantitatem. et planum est quod plus est ibi. et sic dico de exitu. quod si
subtraheretur una lagena aque de Arno. non videtur nec apparet. et
sic intelligit Salomon quod mare non redundat. quia omnia flumina
intrant in mare mediterraneum vel in mediterraneum. et exeunt ut iterum fluant.
utrum autem talis cursus et exitus a mari fiat naturaliter non est certum.
quia sic arguit philosophus. omne quod motu naturali quiescit quando pervenit
ad locum ad quem tendit. ergo si flumina tendunt ad mare naturaliter
exeunt postea violenter vel ibi quiescunt exemplum de lapide. quod non
est verum immo iterum exeunt. unde aliquis sapiens dixit quod a gubernatore
natore. universi hoc fit. Item habetur proverbiorum. 8. quando circundabat
mari terminum suum et legem ponebat aquis ne transirent fines
suos. Item Ieremie. 5. quod posuit arenam terminum mari preceptum
sempiternum quod non preteribit. et commovebuntur et non poterunt et in
tumescent fluctus eius et non transibunt id. sicut de motu ce
li hec dico de motu occeani. quo secundum motum lune sed de
motu fluminum quem videmus. ad incrementum est realiter sit
id. sed non sensibiliter propter tante continuitatis. et de tali augmen
to non est intendens dicere. quod aliquando sit minus vel maius. pu
ta quando durabit pluvia per unum mensem. per quam omnia flumina
inhabundant planum est quod illa aqua non cadit. sed de mari
exivit sed non apparet propter sua magnitudine. Et per dictum patet
responsio ad utrumque argumentum. Dicunt et huius modi est questio de voce
terminatis quoniam esse res vel signo. quo istas res habent 93
exprimere. nam secundum Augustinum de doctrina christiana. omnis scientia vel est de rebus
vel est de signis. est ergo questio de signis. utrum. scilicet vox vel terminus equivocus
habeat sua significata actu vel potentia. et videtur quod habeat actu. quia quando actu
intelligitur in aliquo actu sunt in illo. sed in termino equivoco actu intelligitur.
appellata saltem a diversis. ergo actu sunt in illo. — Contra. terminus equivocus
habet se ad sua appellata. sicut signum ad sua significata. sed signum
non significat nisi unum similiter in actu et plura in potentia. ergo similiter videtur esse dicendum de
termino equivoco. — Responsio dicendum quod circa hec est inter logicos contentio quia
aliqui dicunt sic. aliqui autem quod non. nos vero tales contemptores ad
presens relinquentes. dico sicut dicit Simplicius super predicamenta. quod est differentia
inter univoca analoga et equivoca. quia ut dicit analogum tenet me
dium inter equivoca et univoca. quoniam univoca significant sua significata
equaliter sed non in actu. equivoca autem significant sua significata
equaliter in actu. analoga vero tenent medium inter equivoca et
univoca. quia significant sua significata in actu. sed non equaliter sed per
prius significant unum et per consequens vel per attributionem ad. et hec videtur esse
sententia philosophi in periermenias ubi dicit quod si hoc nomen tunica imponatur
homini et equo et dicatur tunica est alba. sensus est homo est albus
et equus est albus. ideo dicitur in predicamentis quod equivoca sunt quorum nomen est commune
ratio vero substantie diversa. propter quod concedit quod non est contradictio in equivocis. quia si dico
canis est albus non potest dividicari nisi distinguatur quia in uno sen
su est vera et in alio falsa. si autem essent significata in potentia. tunc iudi
caretur secundum significatorem illius appellati qui esset actu. et tunc posset
iudicari et contradictio fieret ad id in intentione tamen dicentis quam au
dientis. unde non videtur esse oportunum distinguere. quod potest considerari
in se et in comparatione ad dicentem vel audientem. dicentes quod in se habet
significata actu sub copulatione. si autem per respectum ad dicentem sic
habet unum tantum. scilicet quod presens ei attribuit. quia pluribus ei attribuere non
potest. vel per comparationem ad audientem. et sic habet sub disiunctione quia
audiens dubitat. utrum accipiatur pro tali vel tali significato.
unde ad questionem presentem dico quod quelibet res debet iudicari secundum se potius quam
per comparationem ad aliud. ideo dico quod habet actu. et argumentum pro ista parte concedo.
— Ad argumentum dicendum quod signum si est univocum. significat unum. si autem
est equivocum tunc potest plura significare. et sic currit similitudo de
termino. Explicit primum quodlibet. Amen

Nota quod divisiones habent ad essentiale et ad accidentale impediunt
ergo quare duo corpora non possint esse simul non est propter id quod est eis essentiale.
scilicet situs et ordo partium in toto. sed est propter corporum dimensionem accidentalem scilicet propter
situm et ordinem earum in loco. igitur non possunt se penetrare. et hec est ipsa ratio
quod licet non possit tolli dispositio naturaliter tollitur tamen supernaturaliter. quod est dos subtilitatis
per quam unum corpus glorificatum potest illabi non glorificato. et ideo est in loco de dignitate
non a gravitate nisi per accidens. scilicet quia corpus in quo sibi situm dedicat continet in loco posse.

Quodlibet 3m.

In disputatione nostra de quolibet nuper quesita plura dubia fuerunt quesita proposita. Quorum quedam pertinebant ad deum, quedam autem ad eius effectum. Illa autem que pertinent ad deum, quedam respiciunt eum in se, quedam autem in ordine ab eo ad supposita. Sed autem que respiciunt deum, non respiciunt eum absolute sed per comparationem ad actum consequentem in exteriore materia. Quarum una erat hec. Utrum deus possit movere unum corpus de loco ad locum in instanti. Et videtur quod sic per regulam phy. 4 phy. quod tale est si tanta virtute movetur aliquod mobile in tanto tempore, in duplo maiori virtute in duplo minori tempore et sic per ordinem. Ergo virtus que illa transcendit in infinitum movebit in infinito minori mensura. Sed nulla mensura distat in minori in infinitum nisi instans. Ergo cum divina virtus sit infinita, optime poterit movere corpus de loco ad locum in instanti.

Respondeo ad quod dicitur quod item alia auctoritas que possit valere et probare christi adventum est in psalmo 39 ubi volens dare signum sui adventus manifeste dicit esse quando oblationes pro peccato non fient nec sacrificia. quando dicit sacrificium et oblationem noluisti. corpus autem adaptasti mihi. holocausta et pro peccato non postulasti. tunc dixi ecce venio in capite libri scriptum est de me ut faciam voluntatem tuam deus legem tuam in medio cordis mei. cum non deus numquam voluit privari honore sibi debito per sacrificia. sicut patet in lege. semper non voluit quibusdam sacrificiis coli. apparuit ergo quod cum tanto tempore fuerint privati sacrificiis iudeorum. oportet aliqua alia dari quibus honoretur. que plus acceptet quam illa legalia. ex quo non debet privari suo cultu. ideo dicit illa nolle quando veniret id sacrificium agni immaculati. cui corpus adhuc ydoneum deus suo filio adaptavit. quod sibi offeret cotidie a beatis. ideo iudeis illis unum aufert. et aliud infert. aufert sacrificia et holocaustamata et infert sui adventus presentiam. ideo signanter dicit ecce venio. ad verbum domini ianuam(?) hic denotatur. ergo cum ipsi steterint 1296 annis sine sacrificio. concedatur nostrum sacrificium esse id quo deus petit honorari.

Quando autem deus hic velit patet in psalmo. sacrificium laudis honorificabit me et illic iter quo ostendam illi salutare dei. hic nostrum sacrificium non est solum in uno loco quale erat primum. sed ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen suum in gentibus. et in omni loco sacrificatur et offertur nomini suo oblatio munda. quia magnum nomen suum in gentibus sicut dicitur malachiae 1. constat autem quod hic non potest intelligi de sacrificio iudeorum. quia omnis oblatio erat immunda extra ierusalem. nec possunt dicere iudei quod illi qui descenderunt cum azaria et iohanne filio caree in egyptum ieremiae 42. dicentes quod ibi fiat sacrificium. allegantes isaiae 19. in die illa erit altare domini in medio terre egypti. et titulus domini iuxta terminum eius et erit in signum et testimonium domino exercituum in terra egypti et clamabunt ad dominum a facie tribulantis et mittet eis salvatorem. quando impossibile est quod tale sacrificium domino esset in testimonium beneplacitum. quia illuc descenderunt contra domini voluntatem. item quod ipse comminatur eis. se illos penitus consumpturos per nabuchodonosor ieremiae 31(?). sic et fecit. ergo impossibile est quod ibi sacrificet. item dato quod non essent consumpti. quomodo essent ausi sacrificare in egypto illa animalia que honorant egyptii. quando moyses numquam fuit ausus cum tamen esset ibi et adsentiente rege pharaone quando dixit ite et sacrificate deo vestro in terra hac. tunc respondit moyses non potest ita fieri. abhominationes egyptiorum sacrificabimus domino. quod si mactaverimus ea que colunt egyptii coram eis lapidibus obruent nos. nam ipsi egyptii adorabant taurum ad honorem apis. et vaccam ad honorem ysidis. ergo si tunc in tanta fama et multitudine timuit moyses. magis timerent isti. ergo oportet ergo ibi esse altare quod intelligatur de sacrificio nostro. item dato et quod non sic esset. adhuc plus. quando prophana erant eorum sacrificia nisi facta fuissent in loco quem deus elegisset scilicet ierusalem. sicut est preceptum deuteronomii 12. non facietis altare domino nisi in loco quem dominus deus tuus elegerit. item patet quia completa est desolatio et dispersio predicta esse futura per romanos scilicet titum et vespasianum 40 anno post eius passionem. unde monet eos gesce(?) a sua persecutione ex quo iam sunt exterminati sicut predixit. gesate ergo ab homine cuius spiritus est in naribus eius quia excelsus reputatus est ipse. sicut totum patet in ysaia 2. ubi premittit de celsitudine christi. qualiter fuit preparat(?) in iudice montium et ad eum confluxerunt omnes populi. ut docentur … de pace habita tempore suo sub octaviano. item quod fecerunt de laceris(?) romanis. et tandem addit eorum destructionem et dispersionem per titum et vespasianum quam plene videmus esse completam. et postea qui imperat quod fecerunt quando dicit quod gesate a principe eius persequi quia spiritus iudicem erat in eius naribus. ideo lxx videntes hanc nimis posse displicere iudeis. obmiserunt hanc particulam

(In the margin: Hanc questionem diffuse pertractat augustinus 18 et 19 de civitate dei per totum. et ponit 18 c. 19 quod iudei tam evidentia testimonia de christo non crediderunt. quia sicut convenit in peccatio(?) prophete que dicit obscurentur oculi eorum ne videant et dorsum eorum semper incurva.)

excelsus reputatus est ipse. quia sonat in hebreo celsitudo quod non competit nisi christo. et non pharaoni de quo ipsi volunt exponere. quam dispersionem explicat bene psalmus dicens. deus ostendit mihi super inimicos meos ne occidas eos. ne quando obliviscantur populi mei. disperge illos in virtute tua. hec autem dispersio tam duravit plus quam umquam aliqua alia. ergo oportet quod propter maius peccatum commissum per eos. ergo cum ipsi prius fuerint dispersi propter ydolatriam sed non per tantum tempus. et modo sint magis puniti. oportet quod sit maius peccatum. non est autem aliud maius ydolatria nisi peccatum mortis christi invidiose et malitiose. item completi sunt anni quos promisit gabriel danieli. et fluxerunt ab illo die quo concessit artaxerses rex neemie suo pincerne restaurari muros ierusalem. usque ad annum tiberii cesaris 19um. fluxerunt anni 475 solares. qui faciunt lunares quod sunt anni iudeorum 490. in quo anno 19 tiberii cesaris fuit occisus christus et postea per modicum spatium fuit occasus sicut totum patet danielis 9. lxx ebdomade abbreviate sunt super populum tuum et super urbem sanctam tuam. ut consumatur prevaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas. et adducatur iustitia sempiterna. et impleatur visio et prophetia. et ungatur sanctus sanctorum. scito ergo et animadverte ab exitu sermonis ut hedificetur iterum ierusalem. usque ad christum ducem ebdomadas 7 et ebdomadas 62 erunt. et rursum hedificabitur platea et muri in angustia. et post ebdomadas 62 occidetur christus et non erit eius populus qui eum negaturus est. et civitatem et sanctuarium dissipabit. unde si ista anni bene computentur. potest probari christum venisse sed non est curandum scire unde istas computationes. sunt computationes. item perse tenuerunt regnum annis 119(?). postea venerunt macedones. et steterunt usque ad cleopatram per annos 300. quibus successerunt romani. usque ad 19 annum tiberii cesaris quando christus fuit necatus in imperio per 49(?) annos. et summa omnium annorum 475 solares et sunt lunares 490. item via pauli ad hebreos 7 est quia de mutato quando dicitur scilicet translato per sacerdotium leviticum erat sub quo populus legem accepit. quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem melchisedech alium surgere sacerdotem et non secundum aaron dici translato enim sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat. item illa prophetia famosissima iacob non auferetur sceptrum etc. quia sicut compertum erit quod hic nec nunc venerunt numquam cessavit quin aliqualiter haberent aliquod regimen dignitatis. usque ad 40 annum ante natum christum et tunc fuit datum herodi ascalonite cui fuit data in uxorem ab antonio augusto quedam domina cui debebatur regimen. et extunc devolutum est regnum ad alienigenam. Et per hoc patet responsio ad argumentum. procedit enim ab insufficienti. quia si una auctoritas per se non sufficit. tamen cum alia adiuncta bene convincit.

Circa quod de christo fuit. utrum fuit ab aliquo demone cognitus esse filius dei. et videtur quod sic. quia in luca dicitur quod sciebant esse eum filium dei. contra. ad corinthios dicitur quod si cognovissent numquam dominum glorie crucifixissent. Respondeo dicendum quod scientia potest sumi large et stricte. Si sumatur large pro certa notitia rei alterius testimonio acquisita vel probabili opinione sicut dicit augustinus de civitate dei. absit a nobis ut illa scire nos negemus que a fide dignis viris audivimus. alioquin nesciremus oceanum esse vel alexandriam. isto modo non solum demones. sed et homines et apostoli christum cognoverunt esse filium dei. sicut patet iohannis 6. quando christus dixit apostolis numquid et vos abire. respondit petrus domine ad quem ibimus. verba vite eterne habes. et nos credimus et cognovimus quia tu es christus filius dei vivi. item et quando christus consuluit vos autem quem me esse dicitis. respondit petrus. tu es christus filius dei vivi. et isto modo cognoverunt demones. unde quando expulit eos de hominibus dicitur. exibant autem demonia a multis clamantia et dicentia quia tu es filius dei. et increpans non sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse christum luce 4. item quid nobis et tibi ihesu nazarene. venisti ante tempus perdere nos. scio te quis sis sanctus dei. in eodem capitulo. sile et dicitur marci 1. Secundo modo potest accipi scientia stricte. pro certa notitia. sicut dicitur 1 phisicorum tunc arbitramur cognoscere unumquodque quando causas illius cognoscimus. vel in posteriori. scire est per causam cognoscere vel

intuitive. speculari. et nullo istorum modorum cognoverunt demones christum esse deum. quod sic probatur. nullus potest intuitive deum videre nisi sit beatus. nam secundum augustinum visio est tota merces. sed illa demonia non erant beata. item non argutive. quia non per causas que est potissima cognitio. quia dei nulle sunt cause. nec per effectum de quo magis possunt videri. sicut enim dicit ipse met. opera que ego facio in nomine patris mei. ipsa testimonium perhibent de me iohannis 10. nam sicut dicit augustinus 9 de civitate dei 21. christus tantum innotuit demonibus quantum voluit et tantum voluit quantum oportuit. per quedam temporalia signa sue virtutis effectum. sed planum est quod nullus effectus videbatur demones qui necessario duceret in cognitionem talis esse. immo si omnes in unum congregarentur. non equarent suam causam. quod patet. nam inter omnia opera mirabilia. nulla videntur esse maiora quam suscitatio mortuorum. quod scimus et antiquos fecisse prophetas. ergo si per illa opera sufficienter probaretur. faciens esse christus. tunc bene petrus et alii apostoli cum et ipsi mortuos suscitaverint potuissent eodem dici quod non dicatur. immo quod plus est ipsi apostoli fecerunt maiora opera quam christus sicut patet iohannis 14. qui credit in me opera que ego facio. et ipse faciet et maiora horum faciet. quod fuit impletum in principe apostolorum in eius contactu. nam et si christi fimbria infirmos sanavit umbra autem petri similiter infirmos sanavit. et planum est quod umbra est minus pertinens ad hominem quam fimbria. unde si arguatur de illo verbo christi. quando dicit quod fecit opera que nemo alius fecit potest dici quod verum est quod nullus fecit prius. sed postea fecerunt apostoli. vel clarius nullus legitur fuisse cuius fimbria sanaret et redderet oculos ceco nato. sed ista non sunt maiora ut dictum est per augustinum quam sit mortuorum suscitatio. et ideo dico quod demones. nec per causam nec per effectum potuerunt clare cognoscere christum. sed bene plus et vehementius opinabantur eum esse filium dei quam alios miracula facientes. quia ipse aliquando videbatur facere sine oratione et aliquando cum oratione. sicut patet de lazari suscitatione quod oravit et vocem audivit. alii autem semper cum oratione faciebant miracula. vel … propter petrum. Et hoc videtur esse sententia augustini 9 de civitate dei 21 dubitavit de illo demonum princeps. eumque temptavit an christus esset explorans. quantum se temptari permisit ut hominem quem gerebat ad nostre imitationis temptaret exemplum. propter quod credo quod si princeps demonum non cognovit per illam temptationem. quia non postea iterum temptavisset super eum. quod male potuerunt alii inferiores demones cognoscere pro certo. item in eadem sententia videtur esse ambrosius super luce 4 super argumentum allegatum. ubi sic dicit. quod sibi vult talis sermonis exorsus. nisi quia cognoverat filium dei esse venturum. sed venisse per infirmitatem non putavit. sed per modum visis miraculis ex quadam suspitione coniecturavit esse filium dei. item crisostomus super id marci. scio quia sis sanctus dei. dicit quod non certam autem firmam adventus dei habebant notitiam. sciebant tamen ipsum esse in lege promissum. quod autem ipsum confitebantur esse filium dei. magis erat ex suspitione quam certitudine. item beda super id luce. sciebant eum esse christum. cum ieiunio fatigatum eum dyabolus videret verum hominem intellexit. sed quia temptando non prevaluit utrum filius dei esset dubitavit. Et per dicta patet responsio ad utrumque argumentum.

Circa quod de christo erat. utrum in eo fuit eadem caro secundum speciem cum carne secundum materiam. et videtur quod non sit eadem sed diversa. quia secundum philosophum caro secundum materiam fluit et refluit. illa manente eadem. sed illa non sunt idem quorum unum est in fieri et fluere. et alterum in continuo esse. contra. illa que sunt diversa unum non fit ab alio. secundum philosophum de generatione. caro secundum materiam fit caro secundum speciem. ergo non est diversa. ergo sunt et non diversa est eadem. Respondeo dicendum quod in homine est duplex humidum invenire secundum medicos. primum est radicale quod contrahitur a parentibus et vocatur caro secundum speciem secundum aliquos. et hoc pertinet ad speciem. secundum humidum est nutrimentale. et vocatur caro secundum materiam. et tale minuitur et restauratur per fluxum et refluxum. et hoc non pertinet ad speciem. quod habetur ex alimentis. ex quibus non transit in humidum radicale. quod magis appellatur veritatem humane nature. quam … humidum ab origine. et sic non est in nobis quod non fuit in adam. Sed alii non

tenent hanc viam. sed dicunt quod generatio fit de superfluo alimenti sicut vult sentire augustinus de vera religione. quando dicit quod alimenta que apta sunt transeunt in structuram huius visibilis corporis. que vero non apta sunt per congruos meatus emittuntur. ergo planum est quod id quod transit sit in corporis structuram est de veritate corporis. Filia(?) dicit 83 questionum et de libero arbitrio(?). unde veritas carnis secundum speciem non est aliud quam caro cui competit operatio carnis. unde quod ad sit de hoc. tamen de carne secundum speciem et secundum materiam de qua est presens questio non est dubitandum quin ille non sunt due carnes numero. sed sunt una differens secundum rationem. sicut est. ille est verus oculus secundum speciem cui competit actio specifica. species est videre. sicut illa est vera caro secundum speciem cui competit specifica actio speciei. unde non est maior dubitatio de carne quam de aliis rebus secundum sententiam illius philosophi cuius verba et distinctio sunt hec. quod dicitur 1 de generatione quod habet duplex secundum speciem et secundum materiam. contingit invenire in omni natura reali habente speciem in materia. ergo lapis cum habeat speciem in materia ibi est invenire lapidem secundum speciem et secundum materiam. et planum est quod ibi non est … distinctionis a nutrimento cum non nutriatur. ergo nec in homine potest dici quod sit distincta caro habita a parentibus ab illa que est a nutrimento. unde dico quod caro de qua est … non fuit distincta secundum speciem et secundum materiam. sicut due carnes. nec situ secundum sententiam philosophi et commentatoris. sed est una et eadem numero. caro secundum speciem et secundum materiam. sed caro secundum speciem pro tanto dicitur in quantum habet speciem et formam carnis. et proprietates forme consequentes. ut agere conservare manere. secundum autem materiam appellatur caro. in quantum habet materiam carnis. et proprietates materie consequentes ut fluere et transmutari et pati. unde totum id compositum carnis fluit et refluit et totum manet et agit. sed fluit ratione materie. eo quod ei competit per se fluere et transmutari et forte pati actiones. manet autem et agit ratione forme. eo quod forme competit agere et manere. sicut existere in esse per se. nam omne esse est a forma. et pati actiones competit materie. unde cum talis operatio vel passio non fiat per electionem et appositionem. oportet quod totum agat in totum et sic patitur de uno sic dicatur. per calorem naturalem. et totum augetur. dicit tamen philosophus idem quod caro secundum speciem dicatur augeri. quia manet. non autem secundum materiam quia fluit. non quod forma secundum se augeatur. cum augmentum fiat secundum magnitudinem nam augmentum est prioris quantitatis additamentum. sed totum compositum augetur. in quantum habet formam manentem. propter quod dicit idem commentator partes sunt in fluxu … partes sunt in permanentia autem in quantum habent formam. et quia augmentum non est augmentati nisi in quantum manet contingit quod non sit augmentum in partibus nisi in quantum habent formam. cuius est persistere et manere. et sic patet responsio. quod in domino nostro ihesu christo fuit eadem caro secundum speciem et secundum materiam secundum realitatem. sed differens solum secundum rationem ut dictum est. Ad argumentum dicendum quod totum fluit et totum manet secundum diversam rationem. eo quod contingit fluere ratione materie. sed manere ratione forme. sed tamen forma una facit compositum unum per essentiam existentie. unde minor est fallacia quod sit unum fluens et manens immo bene est unum re sed differt ratione.

Circa secundum questiones non de deo sed de virgine dei genitrice. Ubi autem habet considerari secundum sunt duplex esse. scilicet esse … quod habet actionem et esse quod habet … actionem. Erat autem una quod de virgine secundum sunt esse. primum scilicet naturale. et est quod talis. utrum scilicet inter potentias anime et eius actum sit dare medium. et quod sic probatur. quia id dicitur habere medium quod non potest exire in actum aliquem nisi alio mediante. sed talis est voluntas quod non potest velle nisi primo sibi sit actu intellectum ergo et cetera. contra. quando aliqua sunt idem inter ea non cadit medium. sed potentia et actus eius sunt idem. ergo et cetera. Respondeo dicendum quod una et eadem res sortitur diversa nomina secundum diversas comparationes. nam hic albedo ut in se considerata est quidam color. ut autem comparatur ad subiectum quod dealbat est quedam forma albificans formaliter. ut autem comparatur ad oculum quem disgregat est principium sive potentia disgregativa. quod existente in primo actu quem habet in supposito. secundum ipsa potest agere. sed ad aliquem actum non solum requiritur agens sed et recipiens et continuans. tales actiones. ut dicitur in sex principiis. et medium generis dispositum. sic est in proposito. quod potentie anime est in se quedam natura.

ut autem comparatur ad animam, est quaedam forma dans tale esse, puta intellectivum vel volitivum. Ut autem comparatur ad obiectum apprehensibile dicitur potentia intellectiva vel appetitiva. Sed praesentato sibi obiecto statim potest se ipsam agere actum secundum ex quo iam habet primum in subiecto, nam actiones sunt suppositorum; et sicut inter primum nunc et secundum non cadit medium, sic inter primum actum et secundum non cadit medium quin statim possit agere praesentato sibi obiecto. Exemplum de pupilla quae statim videre potest coloratum praesentatum sibi per lucem; et intellectus potest intelligere praesentatum obiectum intelligibile per ministerium sensuum vel per speciem, et voluntas statim potest velle praesentato sibi obiecto appetibili per intellectum. Unde si quaeratur utrum requiratur medium colligantiae vel distantiae, dico quod non. Si autem quaeras de medio dispositionis quod requiritur in passo, dico quod sic, nam actus activorum non sunt nisi in patiente et disposito, et sic patet quaestio. — Ad 1 dicendum quod voluntas bene potest habere actum secundum, qui dicitur volitio, absque alio medio dummodo sit praesentatum obiectum, tamen agens tale actum et hoc demum est. Unde non est ad dicendum voluntas non potest velle nisi quod intellectus intelligit, quia dicitur quod voluntas habet praesens volibile ad quam velit, sed hoc proprie non dicitur medium nisi quo dispositionis passibile. — Ad 2 respondendum quod illa non sunt unum nisi proportione quae est inter causam et suum effectum. [illegible]

8 Cum quaeritur utrum ministrantes nobis sacramenta [illegible] sacramentis et primo in generali, utrum sacramentum debeat esse de necessitate sacramenti et quod quaedam substantialiter alicui particulae verbalis requirunt in sua forma, nam ista dictione tacta vel substracta cessat sacramentum. Et probatur propter hoc quod sine sacramento aliquid dicitur quod ablata vel mutata alicui... Et quod forma non sunt sacramentalis, ergo non potest dici quod de se... De talibus actionibus quae substantialem formam sacramentorum mutant non remanet sacramentum, ergo non est sacramentum. Solutio: non sunt ista verba, nam in eis est dicendum quod sic docet Augustinus de Trinitate: nullus potest legem posse potest mutare vel innovare; ergo potest dici quod de sacramentis non dicendum. Et primo, quod sacramenta cum legibus non sunt mutanda, ... ergo non possunt mutari. Lex et forma sacramentorum fuit et est ... ad addendum vel subtrahendum, sed illa verba integra custodire debent. Unde apostolus ad Galatas: si quis vobis evangelizaverit praeter quam quod evangelizavimus, anathema sit; et non aliqui dicunt ... evangelizatum fuit, anathema sit. Sed ... si formae sacramentorum mutantur ... vel in substantia ... sacramentalibus ... [illegible]

operetur, et si verba sacramentalia non sunt in eo per aliqua formam, quae non formata non sunt, et si non sunt non possunt operari. Quod autem sit illa forma non est mirandum, quia spiritualis est in quolibet sacramento, quod autem contingit igne et ideo igne fiat etc., quod non fit significat ad substantiam a forma debita illi sacramento de quo agitur. Est tamen hic attendendum quod cum verba in sacramentalis operentur non de omni est, oportet considerare in tali substractione utrum tollatur debitus ordo sensus verborum quem illa verba facere debent, quia si ita est omnino tollitur efficacia sacramenti. Si autem substrahatur aliquid quod non sit de substantia, non propter hoc verba perdunt sensum suum debitum, ut si auferatur de verbis corporis consecrandi illa coniunctio "enim", quia illa substracta non propter hoc aliquid minuitur de sensu verborum illorum, et consequenter non destruitur forma sacramentalis. Licet qui sic faceret facere mortaliter peccaret. Et similiter dico de additione, quia possunt addi aliqua ad verba quae variarent sensum et tunc non fieret, ut dicendo ego baptizo te in nomine patris maioris et filii minoris et spiritus sancti, non esset vere baptizatus. Si autem adderetur aliquid quod non immutaret, ut patris omnipotentis et filii unigeniti et spiritus sancti paracliti, non propter hoc tollitur sacramentum, quia omnia illa includuntur ibi. Si autem diceret in nomine patris et filii et spiritus sancti et beatae virginis, non credo quod sit baptizatus, eo quod unum quod nomen beatae virginis ad operationem quod fit, tamen si diceret et beata virgo te adiuvet, quia tunc apparet quod ipsa nihil facit in effectu illius sacramenti, sed insinuatur quod pro eo rogetur, non credo quod destrueretur sacramentum. Unde contra tales multum loquitur apostolus I ad Corinthios I: numquid in nomine Pauli baptizati estis? Et sic patet quod omnis substractio variationis intellectus formae verborum sacramenti destruit et non remanet. — Ad 1 dicendum quod illa verba sunt instituta a Christo, licet non inveniantur in evangelio, quia non omnia sunt ibi, sicut patet in fine evangelii beati Iohannis, et de verbo beati Pauli quod dicit quod Christus dixit: quod beatius est dare quam accipere, tamen non est in omnibus evangeliis. Sic dico de formis sacramentorum quae bene fuerunt notae apostolis. Utrum autem illa sit talis nunc non quaeritur.

9 Cum quaeritur de sacramentis in speciali, et primo de ianua et fundamento sacramentorum, scilicet baptismo, et quaeritur utrum possit parvulis subveniri praeterquam per baptismum in lege nova, et probatur quod sic, quia in lege nova non debet parvulus esse deterioris et peioris conditionis quam in veteri vel salutis ante legem. Sed tunc salvabantur sine aliquo sacramento per solam fidem parentum; ergo multo fortius in lege nova possunt salvari. Minor patet per Magistrum I distinctione I, et est verbum Gregorii qui dicit IV Moralium: quod nunc facit apud nos aqua baptismi, fatiebat apud veteres pro parvulis sola fides. — Contra salvator clamat absque distinctione Iohannis 3: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum caelorum. — Respondeo dicendum quod cum dicitur quod parvulis de communi lege non potest aliter subveniri quam per baptismum, causa ratio est haec, quia nullus potest consequi salutem nisi per Christum, quem deus posuit propitiatorem pro peccatis nostris in sanguine suo. Nam non est aliud nomen sub caelo in quo oporteat nos salvos fieri. Haec autem salus est indiata primo huic vel illius, et ideo oportet quod per illam deriventur et fiat et applicetur illi vel huic. Ideo autem est sacramentum baptismi, sic ille qui hoc operatur percipit, et quia sic percipit ideo oportet sic fieri. Unde numquam aliqui fuerunt salvi nisi prius fuerint Christo incorporati, quia antiqui fiebant membra eius per fidem veterum, nunc autem fiunt membra eius per fidei aut professionis signum et baptismi susceptio. Sed in hoc est difficultas quia dicitur talis susceptio si non potest esse per actum sufficit quod sit per desiderium in adulto, sicut dicitur de consecratione distinctione 4 capitulo baptismi consecrato cordis supplere dicitur vicem baptismi quando baptismum ministerium non contemptus religionis sed articulus necessitatis excludit. Idem dicit Magister distinctione 4 capitulo 3 interlinearis glossa super Iohannem: nisi quis renatus etc. Si necessitas impedit voluntas sufficit, quia ille qui sic desiderat baptizari est in corde iam baptizatus. Sed hoc negatur de parvulis quod tale desiderium habere non possunt, aliqui tamen dicunt quod in tali casu parvulis sufficit fides aliena, et habetur per glossam super Iohannem: et videns Iesus fidem illorum, quod sic dicitur: quantum valet apud deum fides propria, apud quem tantum valuit fides aliena ut exterius et interius sanaretur. Unde satis videtur velle glossa illa quod fides aliena possit parvulis subvenire in tali articulo. — Ad argumentum dicendum quod verum est quod tunc poterat subveniri parvulis, hoc autem erat quia non dum erat

preceptum cum multo sunt salvati, sed quia mandatum praeceptum aliter fieri, ideo non est possibile aliter fieri de communi lege remedium nisi sic ipse praecepit fiat de privilegio speciali aliter vult facere dominus, est quia suo gratia non est taliter sacramentis alligata quin aliter conferri possit. Si autem arguis de levitate legis, dico quod simpliciter lex nostra est facilior quam illa antiqua, eo quod eius mandata gravia non sunt sicut erant illa. Unde facilius potest puero dari remedium per aliquam aspersionem aquae cum debita forma exigente hoc expressione gratia ei advenit. [sacramento scilicet paenitentiae de quo post agitur.]

10 Cum quaeritur de eo. Quaestio una quod est utrum sacramentum paenitentiae datum ab aliquo ignorante formam sacramentalem valeat sibi ad salutem credendo quod sacerdos bene sciat. Et videtur quod sic, quia ignorantia excusat, sicut dicit Christus: si non venissem et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Unde et Paulus dicit: ideo misericordiam consecutus sum quia ignorans feci. Ergo iste ignorans illum nescire quod debet scire excusatur. — Contra: si caecus caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt. — Respondeo dicendum quod talis confitens vere absolutus est a sacerdote etiamsi nesciat quod eius coram intueretur, nam homo videt ea quae apparent, deus autem intuetur cor. Sicut nam dominus est in praecedenti quaestione, quando non potest adesse opus sufficit desiderium, sic est de isto qui habet desiderium absolvendi et requirit iste est facere opus, et sic sufficit ei bona voluntas. Unde non deficit sibi fides sacramenti, licet sibi deficiat sacramentum fidei. Verum est tamen quod per formam sacramenti duo fiunt: unum est peccatorum remissio, aliud est aliqualis poenae remissio ex virtute sacramenti, primum recipiat plene talis confitens, sed non secundum. Unde talis non solum quando confitetur immo antequam vadat ad confitendum cum bono proposito confitendi absolutus est quo ad deum, sicut patet de illis leprosis missis ad sacerdotes cum bono proposito obediendi divinae iussioni, qui in via mundati sunt. Et sic tales possunt dicere cum psalmista: ego dixi in corde meo confitebor, et tu remisisti iniquitatem peccati mei. Augustinus pro ista parte bene concludit, sicut patet 33 quaestio 3, huius distinctionis, ubi habetur quod sola cordis contritione sine oris confessione dimittatur peccatum exterius petentem. — Ad argumentum quando dicitur quod si caecus caeco ducatum praestet ambo in foveam cadunt, dicendum quod non valet in proposito, quia hic est unus caecus ducens, sed non est caecus alius qui ducitur, immo e contrario est multociens quod frequenter potest contingere quod caecus ducit illuminatum, puta equum militis, et tamen miles dirigit caecum equum suum, tamen cadit in foveam. Vel dicendum quod in absolutione considerandum duplex sacerdos, scilicet interior et iste est principalis, a quo iste est absolutus, nam Christus operatur principaliter in omni sacramento, et secundarius scilicet ministerialis, et iste est caecus, et ideo non reputatur, sicut quod ille debet exire sui officii facere sic dominus est. [Quaelibet hora sit confitendum quando occurrit memoria.]

11 Cum quaeritur si peccati mortalis, et praecipue quando quis est infra missarum quod sic, quia ideo sacramentum non debet recipi nisi prius receptum isto, alias recipit indispositus et fictus. Sed qui sic recolit et non est per confessionem mundatus non est dispositus, ergo etc. — Contra: quilibet debet vitare scandalum, sed iste scandalizaret circumstantes si tunc iret ad confessorem vel vocaret ad se, ergo etc. — Respondeo dicendum quod susceptio sacramentorum est praeceptum affirmativum quod non obligat ad semper sed semper, ideo non oportet quod in quacumque hora occurrit memoria peccati quod statim faciat, sed sufficit habere in proposito loco et tempore confitendi. Sed bene tenetur per praeceptum negativum, id est non habere quod impedit eum ab amore dei, id autem repellitur per contritionem et dolorem, in qua contritione expoliatur ab illo quod tenetur non habere. Sicut dicit propheta: quacumque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum suarum quas operatus est non recordabor. Unde secure doleat de peccato et proponat confiteri suo tempore et compleat missam suam. Unde Augustinus dicit quod effectum sacramenti excludit non articulus necessitatis sed contemptus religionis. — Ad argumentum dicendum quod ille non est fictus, immo est dispositus per se cum dispositio postea advenit per se talis memoria, non peccatum nec culpa per quam redditur indispositus. Unde prius quam iret fuit confessus et absolutus sine contritione, sed postea accidit

nova obligatio confitendi, accedente tali memoria, sed illam obligationem persolvet tantum ille obligatus qui non est in pro loco et tempore executioni mandanda recipiente sacramentum, sed per confessionem.

12 Cum quaeritur non per confessionem ad totum ad administrationem. Et est quod utrum talis ministrans sacerdos possit impedire talem sacramentum fictae confitenti ut fugiat confusionem etc. de sepultura. Et est talis casus: aliquis infirmus tenetur aliqua restituere sed nullo modo tamen ne privetur sepultura facit vocari sacerdotem et confitetur ei. Sacerdos autem non debet eum absolvere, et tunc ille infirmus coram amicis dicit: domini, ego sum confessus et iste non vult me absolvere. Tunc multum iste est perplexus, quia si absolvit non digne administrat, si non absolvit revelare videtur peccatorem saltem secundo. Ideo quaeritur quid sit faciendum tali confessori. Et videtur quod debeat eum absolvere, quia si non facit revelat eum esse in aliquo peccato propter quod non debet absolvi, sed hoc facere non debet ullo modo propter praeceptum illud de te talis omnis utriusque sexus etc. — Contra: nullus debet facere iniuriam sacramento, sed qui sic absolveret confitentem poneret formam super indispositum materiam, ergo etc. — Respondeo dicendum quod secundum apostolum ad Romanos non sunt facienda mala ut veniant bona. Unde licet iste talis sacerdos in tali articulo constitutus debeat cavere a scandalo cum statum in proposito eius confitentis illius infirmi, tamen per nullo debet committere scandalum per amore veritatis. Sicut dicitur extra de regulis iuris et est verbum Ieronimi: utilius scandalum nasci permittitur quam veritas relinquatur. Unde dato quod illi scandalizentur hoc ei sibi dampnum, quia ad hoc iste sacerdos nihil facit nec per se nec per accidens nisi silendo. Unde vadat viam suam non curando quod alii loquantur, iniqua loquatur. Ex quo non recedit a tramite veritatis, et praecipue veritatis sacramentorum administrandorum, nam est fidelis dispensator sacramentorum dei de quibus dicit apostolus: hic iam quaeritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur, et potius supplere. Unde si talem fidelem propter veritatem pati contigat, tunc est inter beatos qui propter veritatem cessabant aliis pecoris. Nam si quid patimini propter iustitiam beati. — Ad argumentum in contrarium dicendum quod iste non revelat nec facto nec verbo, quia nec ad dictum nec factum non provocavit et sic factum lapsus. Si autem dicat ego feci quod scio, nescio melius facere, dicit dicere est melius consilium non video quod iste offendat in aliquo ministrator. Hoc autem potest fieri confessum.

13 Cum quaeritur utrum talis ad iungere sibi paenitentiam et postea adaequare quotiens sibi videbitur, et videtur quod non, quia iam per talem impositionem paenitentiae fieret sibi honus domini grave et non leve, contra id quod dominus dicit: iugum enim meum suave est et honus meum leve. — Contra: opposita sunt nata fieri circa idem, sed sacerdos potest ei paenitentiam iniunctam minuere, ergo et augere. — Respondeo dicendum quod si sacerdos ex aliqua causa rationabili advertat esse expediens animae confessi potest sibi dicere et intimare paenitentiam maiorem vel etiam minorem, et praecipue si ille est suus ordinarius confessor, sicut sunt presbyteri curati. Et dato quod ille non faciat debet tamen insinuare ut ille humiliet, sicut dicitur in 20 quaestio 3 et ponitur 26 quaestio 1 capitulo primo qui infirmo non est imponenda paenitentia sed insinuanda, quia non est in statu quod possit eam facere, saltem tunc ille in tunc humiliat. Sic est in proposito quod ille debet recipere paenitentiam sicut est vere paenitens. Si autem non recipit tunc est infirmus nominum tamen debet ei tunc insinuari ut saltem intus paeniteat fortiter. Tamen non credo quod facere debeat sacerdos sine magna et rationabili causa, nec debet sibi formare conscientiam de prava paenitentia imposita, quia omnes sunt qui puniuntur quia non propter hoc evadent quod deus iustum iudicabit, quia non exibit inde donec reddat novissimum quadrantem. Unde complebit in purgatorio quod hic defuit. Unde est si primam non facerent non propter hoc damnarentur, nisi facerent ex contemptu, et tunc non propter paenitentiam obmissam sed propter contemptum superveniente. — Ad argumentum dicendum quod non est iugum grave immo est leve homini ordinato, qui iudicat quod fructuosum est, sed dicit unum pater noster quam alibi satis plus facere. Unde ex sua mala dispositione venit quod non recipit in tali casu paenitentiam sibi impositam.

Sic casum istum.

Etiam quomodo circa sacramenta. Queritur una questio circa sacramentalia
esse consecratum ecclesie [illegible]
effusionem sanguinis alicuius martyris [illegible]
reconciliata [illegible] pollutio [illegible]
[illegible]

Utrum ista sanguinis effusio in ecclesia reconciliata ecclesia sit pollutio propter sanguinis effusionem [illegible] polluta.

[illegible]

19 [illegible]

esse oblatum tunc oportet aliud dicere, quia non esset bonum. — Ad argumentum dicendum quod illa est falsa: omnis vivens in hac vita potest peccare. Sicut patet de beata virgine et beato Paulo, et multo magis de isto qui potuit fuisse beatus.

16 n. Deinde queritur utrum aliquis religiosus possit servare vota regule sue existens in aliquo peccato mortali commisso post suam professionem, quia aliter esset oppositio in adiecto, scilicet quod quis non servando servaret. Et ut melius intelligatur ponamus casum: dato quod quis fecerit homicidium et nondum est absolutus, utrum talis possit in tali statu servare obedientiam, paupertatem et castitatem. Et videtur quod sic, quia unum peccatum uni virtuti opponitur. Ergo sola illa virtute illi peccato opposita excepta iste potest se exercere in aliis virtutibus. Sed talis professio est solum circa alias virtutes, puta castitatem etc. — Contra: observatio talis professionis facit hominem professum, sed nullum peccatum mortale stat cum professione, ergo etc. — Responsio. Dicendum quod, sicut patet 2 Physicorum, ita est in moralibus sicut in naturalibus. In naturalibus autem sic est quod omnis actus est a forma. Unde ab alia forma habet cultellus ignitus quod faciat hanc actionem incisionis, et ab alia habet quod faciat actionem adustionis, sicut patet per Damascenum. Nunc autem sic est quod quelibet virtus habet suam propriam formam per quam facit ipsa voluntas talem operationem debitam illi soli virtuti, ut fidei est proprium credere et nullius alterius, et continere ita est proprium castitatis quod non est fidei, quod patet quia multi sunt fideles et non continent, et econverso. Non ergo plus requiritur ad actionem eliciendam nisi forma et huiusmodi formam, sicut calor et calidum per calorem sufficiunt ad calefaciendum si est calefactibile. Sic et ergo aliquis habens habitum castitatis potest abstinere a coitu secundum gradum illius castitatis. Sic et aliquis habens formam vel habitum humilitatis potest alteri vota parere. Sic et habens habitum temperantie potest abstinere ab omni superfluo; superfluum autem voco habere proprium in aliquo casu. Unde solus simplex usus rei temperate est illi necessarius. Hec autem omnia potest voluntas talibus habitibus informata, nec istorum actus potest elicere vel ab eorum contrariis cavere per solum unum habitum. Et si simpliciter vellet facere, oportet quod aliud ei addatur per quod informata id proprium illius virtutis faciet, puta si vult illa opera dirigere in finem aliquem, oportet quod habeat aliquem habitum per quem cognoscat de illo fine. Et si est finis infra facultatem nature, potest esse prudentia, cuius est dirigere agibilia et operabilia in finem. Ideo tales habitus ad hoc quod habeant rationem virtutis moralis, ut moralis est, oportet quod habeant illam virtutem per quam reponuntur in illa specie, que est prudentia. Nam moralia sortiuntur nomen et speciem a fine, sicut patet 1 Ethicorum. Prudentia autem sic diffinitur: recta ratio agibilium in finem. Si vero quis vellet opera talium virtutum dirigere in finem excedentem facultatem nature, oportet habere aliquem habitum per quem cognoscatur ille finis, et talis dicitur fides. Unde exemplum ponitur de sagittante, quod oportet prius cognoscere signum, aliter numquam diriget ad debitum terminum sagittam. Unde propter hoc gentiles habuerunt philosophiam, sed non caritatem, eo quod fide dirigente eos in talem finem caruerunt. Ideo non veras virtutes habuerunt, secundum Augustinum 19 de civitate dei, quod virtus vera sine deo nescia. Unde cum sola fide potest quis dirigere sua opera in finem debitum qui est supra naturam. Si autem quis plus velit habere, plus oportet ponere, sicut apparet de illo qui vult mereri, quod ab alio habitu habeat ipsum dirigentem supra id quod dat fides sub debito modo. Unde apostolus ad Corinthios dicit: si linguis hominum loquar etc. Et ideo si quis vult esse in esse perfecto et meritorio, oportet quod habeat illam formam per quam quis reponitur in illo esse, propter quod dicit ibidem quod si illam formam non habet nichil est in esse meritorio. Ergo si tu queris utrum aliquis possit servare aliquam regulam in peccato mortali existens, dico quod sic, quia esse in peccato mortali est esse non informatum caritate in speciali carentia. Unde potest se exercere in actibus omnium virtutum, sicut bene patet per apostolum de Elia et martyribus et aliis. Sed non potest se exercere in actu illius virtutis qua caret, scilicet caritatis, per quam solam habet mereri, quod patet non solum per apostolum sed etiam per philosophos qui fuerunt valde preclari in virtutibus paupertatis et castitatis, ut se occidi permiserint potius quam vellet perdere castitatem, et tamen nec eis profuit, quia caritatem non habuerunt nec fidem, sicut dicit Augustinus de civitate dei 19 de Quinto Lucio et Torquato consulibus. Unde planum est quod quis potest non solum non contravenire sue professioni, immo et potest actus illarum virtutum elicere absque caritate, dato quod ille sint virtutes vel saltem secundum virtutem. Unde cum esse

in peccato mortali, sicut id quod caret capitulo iudicis(?), dicendum est absolute quod potest quis servare regulam suam existendo in mortali quantum ad genus operis, sed non quantum ad intentionem mandantis, id est quantum ad meritorie quo ad vitam eternam sibi proficit. — Ad argumentum dicendum quod minor est falsa, scilicet quod talis observantia professionis facit observantem professum, immo sola caritas facit hominem professum, que sola dividit inter filios regni et filios dyaboli. Unde Gregorius dicit quod qui non habet caritatem nichil habet, et qui habet omnia habet. Nisi quis vocetur professus noxium et punitione dignum in illa regula, sicut dicitur de iudeis servantibus mandata dei atque ceremonias, quod qui servavit et fecit vivet in eis, id est non occidetur per penam impositam transgressoribus.

17 n. Postea queritur utrum quis peccet accipiendo lucrum commune sibi et socio pro quanto plus laborat quam socius eo ignorante. Et videtur quod talis non peccat sic faciendo, quia dignus est operarius mercede sua, et unusquisque propriam mercedem recipiet secundum suum laborem. Sed talis non accipit plus quam sit lucratus, ergo id est sibi debitum; capere autem quod sibi debetur absque culpa est. — Contra: nullus debet nec iuste potest sine peccato defraudare socium suum, sed iste sic facit etc. — Responsio. Dicendum quod circa actum iusticie contingit offendere dupliciter, sicut dicitur 5 Ethicorum: iuste quod iustum est exequendo. Unde non solum quis offendit quando facit quod non est iustum, sed et dato quod faciat quod iustum est nisi id faciat iusto modo. Et ideo dicitur iuste agere non quando quis iustum facit, quando actus suus consistit secundum debitum modum, puta quando cognoscit suam rem, sed tunc facit iuste quando id facit cum debito ordine et modo. Sic ergo ad questionem: quod iste facit quod iustum est eo quod id sibi debetur ex suo labore, sed non tenet iustum ordinem. Nam pacta huiusmodi societatis servanda sunt de iure naturali. Et ideo quando isti sociaverunt se ponendo pacta quod omnia lucra essent communia, tunc quilibet cessit iuri suo quod habiturus erat in lucro per eorum factum, reservando id ut dividatur per se et socio communiter. Ideo non potest sine peccato facere se iudicem in illo lucro distribuendo in quo est particeps. Ideo debet debitum ordinem servare, scilicet primo monendo illum consocium qui contra fecit, sicut debet laboret, aliter si non faciet ego non comparticipabo medio lucro. Si autem ille non se emendat, extunc sit ei sicut ethnicus et publicanus, separando se ab illa societate si potest sine scandalo. Si autem non potest, tunc frangenti fidem fides frangatur eidem. Unde exquo nullus tenet ei iusticiam, potest ipse iure nature et humano quod sibi debetur accipere. Unde ius nature dicit: omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite aliis. Et exponunt sancti, id est quod rationabiliter velle debetis. Planum est autem quod ille si esset bene ordinatus non deberet velle lucrum expartire per se proprie, et vellet partem equalem cum illo qui laborat et ipse non. Nec obstat pactum, quia pactum tenet secundum intentionem paciscentium rationabiliter se obligantium. Propter quod illo recedente a fide de iure nature non debet ei teneri fides, exquo consocium cum premonuit et se emendare non curavit, immo decipere potius voluit. Ipsa autem voluntas potius favet se defendentibus quam aliena rapientibus. Et per dicta patet responsio ad utrumque argumentum, quia ille non decipit nec ledit proximum suum, sed tuetur seipsum.

18 n. Quidam iuste condempnatus homicidii causa, queritur utrum sine peccato possit, vinculo soluto, se absentare cum bonis suis nisi prius persolvat. Et videtur quod sic, quia quilibet potest conservare quod suum est iure, quod dicitur in ... vim vi repellere ... Sed iste sic facit etc. — Contra: dominus potest conferre dominium bonorum suorum pro quanto est eius dominus, sed iste est per suum demeritum factus hostis talis civitatis quam offendit. Ergo talis civitatis dominus potest conferre bona illius, exquo ea confiscavit et dominium commutavit id applicando fisco. Non potest ab alio auferri sine peccato, ergo etc. — Responsio. Dicendum quod ius et potestas secundum huiusmodi societatem pacifice regenda data est. Et ideo nulli licet ei resistere debito ordine procedenti, sicut apparet ad Romanos 13: non est potestas nisi a deo. Propter quod concludit itaque qui potestati resistit dei ordinationi resistit, et ipse sibi dampnationem acquirit. Sed dupliciter contingit resistere: uno modo ad faciendum quod exequatur iniustam sententiam, et tunc planum est quod talis resistens habet iniustum bellum, eo quod exequens habet iustum, et tunc indubitanter peccat. Alio modo contingit resistere non se offendendo in statu tali, et isto modo non credo quod talis peccet, quod patet per hoc, scilicet quod quis condempnatus ad mortem non tenetur se occidere nec capienti obviare, immo potest et debet iure nature vitam propriam tueri cum moderamine inculpate tutele. Sed id precipit

esse. Longe esto ab homine potestatem habente occidendi et non vivificandi, id est iniuste. Nam inclinat resistere contrariis rebus et se abesse subtrahere, et non solum in nobis sed in brutis et rebus insensibilibus. Tale autem desiderium naturale rectum est, et a deo nobis inditum. Ergo similiter fugere se non est desiderium mortem, et divinum preceptum dicit: longe esto ab homine potestatem habente occidendi. Non video quare talis non possit etiam fugere res suas et non in loco manere in quo expoliatur, sicut non tenetur stare in loco ubi occidatur. Unde si quis esset condempnatus ut permitteret se mori fame nec esset qui prestaret, si occulte inveniret panem comederet, nisi enim panem sumeret seipsum occideret. Unde et leges dicunt quod licet quis aliquod ius acquirat super aliquam possessionem, nisi accipiat corporalem possessionem non dicitur habere completum ius, extra de prescriptionibus, ad aures: potior est conditio occupantis. Unde possessio quasi pedis positio, ff. de acquirenda possessione. Et ideo licet talis civitas incipiat habere aliquod ius in bonis talis hominis iuste condempnati, non tamen habet plenum dominium et completum nisi accipiat corporalem possessionem, quod fit quando mandatur executioni sententia lata. Quia ille nondum fecit, et quia sic est quod ille prius quam habeat ius et corporalem possessionem nondum admittat, non videtur peccare si stat in sua possessione quousque mittatur foras per illum cui est commissum. — Ad argumentum dicendum quod minor est falsa, quia iste non contrectat rem alienam ut alienam sed ut suam actu, sed potentia alienam, nondum in actum reductam, sed potentia reducibilem.

Item queritur utrum sine peccato possit quis tacere peccatum quod fecit quando requiritur a suo iudice, unde factum non potest probari per testes contra eum. Et videtur quod non teneatur id dicere, quia nullus debet alium infamare, ergo multo minus seipsum. Iuxta illud: qui sibi nequam est cui bonus erit. Sed talis sic confitens seipsum infamaret si diceret quod fecit id quod non posset probari etc. — Contra: nullus debet mentiri pro quocumque dampno, sed si iste non diceret quod fecit peccaret de reticendo, ergo etc. — Responsio. Dicendum quod aliud est veritatem tacere et aliud est falsitatem proponere. Primum non frequenter licet, non tenetur quis omni cuilibet veritatem dicere, sed potest eam tacere, sicut patet de Christo qui non respondit ad multa interrogata coram Herode et presertim coram Pylato. Unde sicut ... qui non fecerit id unde accusatur non peccabit non dicendo, sic non video quod talis peccet non dicendo quod fecit, nec video quod quis teneatur aliter iudici respondere nisi de illo crimine de quo infamia precessit vel probatio semiplena. Unde quando iudex non habet unde ipsum possit arguere, male facit ipsum artando. Ideo talis sic artatus potest per appellationem subterfugere vel alias vias subterfugiendo prudenter invenire, non tamen aliquam falsitatem apponendo vel dolum. Nam solum tribus modis proceditur ad correptionem peccatorum, scilicet per accusationem, et tunc debet precedere inscriptio; secundo modo per denunciationem, et tunc debet precedere caritativa monitio; tertio modo per inquisitionem, et tunc debet precedere clamosa insinuatio. Nec aliter debet quis in correptione procedere. Ergo cum in tali casu nulla istarum trium sit, non video quod debeat sic suus iudex nisi de facto, cui non tenetur obedire. Unde apparet sicut dicitur extra de accusationibus, qualiter et quando. Ideo videtur dicendum quod si talis sit criminosus quod nullo modo sit accusatus vel denunciatus vel infamatus, non videtur pertinere ad talem iudicium. Unde accusatio 2 q. 1: non est consuetudo Romanis condempnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur presentes habeat accusatores locumque defensionis accipiat ad abluenda crimina que ei obiciuntur. Est tamen differentia inter accusatorem et denunciatorem, quia in accusatione attenditur punitio criminis, sed in denunciatione criminis emendatio fratris. Sic ergo dicendum quod non licet aliquid falsum dicere, sed bene licet veritatem tacere quando iudex transgreditur suum officium, quia hic non est suus iudex, sed sic in aliis que possunt probari. Unde nullus est iudex occultorum nisi qui scrutatur renes et corda. Alii solum sunt in his que probari possunt saltem per duos testes, quia non est datum nobis de occultis iudicare, extra. Immo et in causis equaliter certis testes pro reo sententiaret pro reo, eo quod iura sunt promptiora ad absolvendum quam ad iudicandum, sicut patet extra de probationibus, ex litteris. Cum ergo ille talis non sit infamatus, non debet seipsum infamare, sed simpliciter tollerare per patientiam vel appellationem eo quod indebite gravatur. Aliqui tamen dicunt quod potest dicere non feci, scilicet ad dicendum quod ad tuum officium pertineat, unde de die illo et filius hominis nescit, scilicet vobis revelandum. — Ad argumentum dicendum quod ille non mentitur sed perdit se

tuetur. imo esset crudelis negligendo famam suam. sic scriptum est sic curam de bono nomine. uidere restat quam sit ex parte. et

20 Queritur utrum liceat sit uel quod non. quia quilibet tenetur cauere a proximi lesione. sed ille talis non cauet sed potius committit lesionem. ergo etc. probatio minoris est quia uel ille uendit iusto pretio uel non. si iusto tunc non uendit plus quam emerit. si iniuste emit aliquo genere lesionis uendente sibi plus. si autem uendit iniusto pretio tunc committit peccatum iniustitie commutatiue. quod fieri non licet ut patet quinto ethicorum. — Contra quod non inuenitur esse prohibitum intelligitur esse concessum. sed hoc non prohibetur iure ergo etc. — Respondeo dicendum quod quamuis secundum solempnem usum est quod in contractu emptoris et uenditoris oportet seruare equalitatem. ita quod emens non potest rem omnino non mutatam. nec pro reste uel loca uel tempora care uendere. et si uendit iniustus et inequalis est. nec excusatur per ignorantiam quod sit inuoluntarium ut patet tertio ethicorum. hoc autem probatur per crisostomum super illud mathei 21 eiciebat omnes uendentes et ementes de templo. significans quod homo mercator numquam potest deo placere. et ideo nullus christianus debet esse mercator. aut si esse uoluerit de ecclesia proiciatur. ego autem dico omnia uobis quod non est negotiator quicumque ergo rem suam comparat non rem integram et immutatam uendit. sed ut operis faciat exercitium ille non est negotiator. unde talis non uendit rem sed suam artificiatam plus quam emerit et sic non est mercator sed faber uel operator ille est de quo dicitur super illud mathei 21 dicite iniquitatis etc. Hanc autem sententiam uidetur tenuisse Raymundus in summa sua. quando dicit de quibusdam [illegible] tempore messis aut uindemie etc. [illegible] uelle cassiodorus super psalmum quoniam non cognoui litteraturam etc. quod est aliud negotiari [illegible] quos omnes tales dominus eiecit de templo. — Salua tamen pace istorum non michi uidetur esse inuoluendas [illegible] nam sententia dampnationis omnes mercatores. nec apostolus eos [illegible] sonet apud nos istud nomen mercator. imo [illegible] laudandas et utiles rei publice. unde consilium sapientis salomonis [illegible]

[illegible]

21 [illegible]

non potest dare bona ecclesie sue. nec ille bona domini sui quando committat furtum. — Contra tempore necessitatis omnia sunt communia. ergo potest accipere de rebus ubicumque sint. — Respondeo dicendum quod facere elemosinam omnibus licet est. imo tempore necessitatis preceptum est. ergo cum bona ecclesie sint pauperum sacerdotes autem sint rectores et uere yconomi debent in sufficientia moderatas elemosinas facere de facultatibus ecclesie. et si hoc possunt illi qui sunt exempti de quibus tamen non constat utrum uere sint indigentes. magis potest facere sibi tempore extreme necessitatis. sic etiam de suo. cum enim commissa rerum administratio non domini ab eo prohibuisset. tempore autem necessitatis quando aliter non potest. omnia fiunt communia. et potest facere elemosinam sibi et aliis. ergo cum redimere sit species elemosine ergo licet. unde ab omnibus ponitur ille uersus. in quo sunt omnes species elemosine corporales. uisito poto cibo redimo tego colligo condo. unde in tali casu debet talis sacerdos uel seruus credere quod ille cuius bona custodit si sciret non deberet sibi claudere uiscera misericordie. sed faceret sibi quod uellet sibi fieri. iuxta preceptum domini. omnia quecumque uultis quod faciant uobis homines. et uos facite eis. et dato quod ille nollet male faceret. ideo tunc potest facere precepto iuris nature quo omnia sunt communia per caritatem que nulli claudit uiscera misericordie. sic ergo patet quod ille potest se redimere. — Ad argumentum dicendum quod ille non accipit alienum inuito domino. imo debet credere quod dominus uelit. et si dominus preclararet non uult. quod uelle debet uult tamen dominus uniuersorum. cuius omnia bona sunt quia domini est terra et plenitudo eius.

22 Ultimo queritur utrum in tali necessitate possit pater uendere filium suum. et uidetur quod sic quia filius est possessio patris. sic seruus est possessio domini et pecunia. sed quilibet potest de sua possessione facere uenditionem. ergo etc. — Contra seruus in potestate imperatoris. imperator non potest facere de libero seruum absque eius uoluntate. ergo multo minus pater. sic ergo de lex. ut proponens diceretur quod si talis uenditio fiat non tenet [illegible] ergo etc. — Respondeo dicendum quod pater potest filium uendere [illegible] necessitatis secundum leges ciuiles. codice de patribus qui filios [illegible] distrahunt [illegible]

[illegible]

quod contrahit pater. nec obstat argumentum in contrarium quod imperator non potest facere de libero seruum. ergo nec pater et sic fecit non tenet. pro eo quod imperator nec pater fecit filium suum seruum sed dominus. unde nascatur non sui iuris sed patris. illa autem lex loquitur quando pater sine causa debita uendebat filium.

23 Ostenso quod de peccato non nostro sed alterius. queritur utrum debeamus irasci contra peccatum alicuius. et uidetur quod non. quia quilibet tenetur cauere a perturbatione [illegible] sue salutis. sed ira et perturbatio impedit caritatem in qua est formaliter nostra salus. ergo etc. — Contra crisostomus dicit. sine ira doctrina non proficit. nec crimina compescuntur. sed quilibet tenetur habere id sine quo suum officium reddit inutile. ergo etc. — Respondeo dicendum quod sicut patet ex uerbo doctrina. opera nostra sumunt speciem ex fine. sicut ait facientibus cenam uel prandium. noli uocare eos qui reinuitent te. [illegible] sed uoca pauperes cecos et nudos qui non habent unde te reinuitent. et erit tibi merces [illegible] unde si quis uult uidere utrum ad sic bonum uel malum inspiciat intentionem suam et inde sumat iudicium. unde augustinus [illegible] de ci. quod enim in disciplina nostra non tam queritur utrum pius animus irascatur. sed quare irascatur. nec utrum sit tristis sed unde sit tristis. irasci enim peccanti ut corrigatur. nescio utrum quis sana mente consideratione reprehendat. unde gregorius dicit .5. moralium. summopere cauendum est. ne ut ira que instrumentum uirtutis assumitur. menti dominetur. nec quasi domina precedat sed uelut ancilla ad obsequium parata a dorso rationis numquam recedat. hoc ipsum docet philosophus tertio ethicorum. ubi docet assumi iram uelut seruientem fortitudini. fortes enim quidem propter bonum operantur. furor autem cooperatur eis. Est ergo distinguendum de ira. sicut gregorius .5. moralium. quod est ira per zelum. et ira per uitium. ira per zelum perturbat oculum sed ira per uitium excecat. non autem debet obmittere propter aliquem temporalem modicum durationem [illegible] tantum bonum. quod non operatur ira per zelum sicut patet de finees. quia sine hac ut allegatur est per crisostomum super illud mathei. qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. sine ira nec iudicia stant. nec doctrina proficit. nec crimina compescuntur. et de ista dicit psalmus. irascimini et nolite peccare. unde talis actus est naturalis ipsi potentie irascibili. sicut dicit ieronimus. irasci est hominis. ira autem per uitium quod nullum debemus adsumere. imo si accidat quod eam debemus resistere. sicut docet apostolus. sol non occidat super iracundiam uestram. et hec est illa de qua dicit saluator. qui talis irascitur fratri suo reus erit iudicio. quam tamen potest esse quod erit peccatum mortale. unde iacobus. ira enim uiri iustitiam dei non operatur. super quo dicit gregorius quia dum turbata mens iudicium sue rationis exasperat omne quod furor suggerit rectum putat. ubi docet duo remedia contra eam dicens. duobus autem modis possidere animum ira consueuit. primum est ut mens sollicita nequaquam agere quicquam incipiat donec [illegible] omnes sibi quas pati potest contumelias proponat. quatenus redemptoris sui probra cogitans. ad ea se preparet. ut semper hic cogitans. semper contra hic toracem patientie muniatur. et quicquid ad ascit prudentius superet. et quicquid non accessit lucrum putet. Secundum medicamen est ut cum nostra delicta aspiciamus quod alieno se excessus. quibus in aliorum excessibus cogitemus. etc. unde patet quod debemus contra peccantes irasci. alioquin inter peccantes consentire uidemur. sicut ambrosius dicit. consentire est tacere cum possis arguere. isto modo fuit iratus christus. irascitur contra uendentes et ementes dicens. zelus domus tue comedit me. — Ad argumentum dicendum quod talis ira non impedit caritatem. imo exigitur et cupiditatem. sicut patet .1. de ci. per augustinum. sed illa ira que est per uitium et non per zelum. unde impedit et de illa intelligitur.

24 Ulterius queritur utrum malum totaliter corrumpit bonum. et uidetur quod sic. quia hec natura contrariorum quod unum corrumpit alterum. unum enim in suo mutuo se expellunt. — Contra augustinus dicit quod malum non potest totaliter corrumpere bonum. ergo etc. — Respondeo dicendum quod duplex est malum. scilicet culpe et pene. cuilibet autem malo correspondet bonum. sic dicit esse contra malum bonum. Et malum culpe non est aliqua entitas. sed priuatio alicuius debite bonitatis moralis. nomen mali accepit. hoc autem malum non describitur per aliquam suam speciem sed per [illegible]. ut dicit .12. de ci. nec est aliquid sui sibi. quia tale malum non potest esse nisi in aliquo ente [illegible] nec cognoscitur per suam speciem. sed per speciem sui boni oppositi. sic dicitur de silentio et tenebra. unde

Aug. 11. [illegible] mali [illegible] est. sed priuatio boni.

tale malum non est ens sed priuatio entis. nec habet causam aliquam efficientem sed deficientem. ex quo patet quod tale non est aliquis effectus. quia omnis effectus uere uerum habet causam. unde si de hoc malo [illegible] patet quod sic priuatio tollit totaliter habitum. sic tale malum tollit totaliter bonum formaliter sibi oppositum. quod habitum suum non quod tollat [illegible] aliquam actionem. sed presupponit aliquod agens. scilicet uoluntatem. uoluntate non complete suam actionem. id est actione deficienti deficiens. applicat malum. id est carentia debite circumstantie. et sic aliud carentia non potest esse. cum illa eidem presentia. sic non potest esse quod malum huius sit cum bono sibi opposito. et sic priuatio est negatio isto. sicut malum hoc quod sit negatio alicuius bone circumstantie esse aliquid sibi autem non opponitur imo ideo fundatur. propter quod dicit augustinus quod hic fallit regula dialecticorum que dicit quod unum contrariorum non potest esse in alio. non quod illa talis regula fallat. sed quod illa talis exceptio est equoca distinctio. nam id non est in suo opposito. sed in suo contrario. sicut albedo est in isto pariete. — Secundum malum quod applicatur malum pene. semper habet causam efficientem aliquam entitatem sicut adustio in carne nostra in qua est nobis pena. quod habet per causam efficientem. ignem qui est aliqua entitas. quod habet causam efficientem naturale. quod quidem effectus uocatur operatio naturalis utilis et bona. si debito obiecto applicetur. ut pani coquendo uel carni mortue comestibili. si autem talis applicatio apponatur alicui carni uiue. tunc est molesta talis appositio. huiusmodi dicitur pena. sed non simpliciter et absolute. sed secundum quid. puta si hunc [illegible] sic possumus dicere panis si haberet intellectum quod esset sibi pena sua positio in clibano. unde talis positio ab uniuersali administratore non debet permitti dato quod non sit commoda huic male disposito. sicut non pater debet permittere facere omni solem. dato quod as oculis infirmi grauet. huic autem malo non opponitur nisi non ens. per illam regulam que dicit quod quando aliqua duo contrariantur ad inuicem. et eorum opposita similiter. ergo si ens et bonum contrariantur. malum et non ens contrariantur similiter. unde si quis contrariat utrum tale malum corrumpat bonum. patet responsio quod sicut ens et non ens sunt contradictoria. sic malum et bonum sunt contradictoria. unde nullum tale bonum odit deus. quia nichil odisti eorum que fecisti. unde augustinus dicit quod malum est priuatio modi speciei et ordinis. non quod hoc tantum sit tres res. sed una secundum tres suas considerationes. quod ubi magna sunt magnum est bonum. ubi parua paruum bonum. ubi nulla nullum est bonum quia non est ens. ideo dicendum quod malum non corrumpit totaliter bonum omne. sed sibi oppositum formaliter per modum quod dixi. exemplum de albo et nigro. quorum unum corrumpit alterum non in se. sed in sua causa. scilicet calido et frigido. et sic est in proposito. — Ad argumentum dicendum quod augustinus dicit quod malum non corrumpit totaliter bonum. quia malum culpe non corrumpit bonum nature. sed bonum moris ut dixi. et sic malum pene non corrumpit bonum nisi sibi oppositum. homo incurrat peccatum obmissionis quandocumque non facit

Ulterius queritur utrum omne bonum quod potest. et uidetur quod sic. quia ille peccat peccato obmissionis. qui non implet preceptum affirmatiuum. 25
sed quicumque non facit omne bonum quod potest est huiusmodi. ergo etc. maior est uera. probatio minoris. quia dicitur in ecclesiaste quodcumque potest manus tua instanter operare. et alibi dicitur in eodem. qui timet deum nichil negligit. sed ille qui non facit omne bonum quod potest negligit id operari. ergo non timet deum. — Contra omnia illa que sunt de necessitate salutis continentur in preceptis .x. cuius que faciens homo habebit uitam eternam. sicut dixit christus si uis ad uitam ingredi serua mandata. ergo cum in non fiat mentio de omni bono faciendo. alioquin non reliquerit que possumus cadere sub uoto. quod falsum est. — Respondeo dicendum quod id est necessarium ad salutem sine quo uita eterna haberi non potest. planum est autem secundum doctrinam christi quod omnis seruans diuina precepta habebit uitam eternam. quod non esset si tenemur facere omne bonum quod possumus. et hoc satis est probabile. quoniam non solum singula genera. sed nec in genera singulorum. esset nobis certa utrum possimus facere uel non. et sic quilibet esset in periculo perplexitatis. imo in ea que facimus. si quilibet teneretur facere cum quanto feruore possit. nullus igitur posset saluari. nec esset qui se tutum quantum posset intendere actum suum. nec decet autem pietatem misericordie. et dominum totius consolationis. a sua creatura infirma tantum exigere. unde augustinus dicit quod si quis dicit deum ad impossibile quempiam posse compellere. contra dominum blasphemare. unde sicut tactum est in arguendo. si tenemur omne bonum facere. nullum esset consilium. nam ad consilium necessario.

tenet ex pcepto. vn̄ ūgitas nō pōt ipari ſ3 solū psuadi
sic d apls. d ūgib3 pceptū dn̄i n̄ hēo gsiliū aūt do. vn̄
ab silē dīc. 32. q. 1. ītegitas. n̄c ect ad eādē sub uoto. co
stat aūt q̄ ī tota lege dāt frequēt doctina. q̄lit illi q̄ uoluīt
uouē. oz eo suota emissa suare. si aūt noluit uouē abs
q3 dlicto ē. 7 planū ē q oīa illa suō bona. d qb3 fiūt uota.
7 tn̄ dīc q sī nō facim̄ ērim̄ absq3 dlicto. 7 sic n̄ dli
qm̄ nō faciēdo oīa bōa. vn̄ ps. uouete 7 reddite dn̄o
dō uō oēs q ī ciraitu ei afferṫis munā. ū dō glo q p
refert̄ ad gsiliū. 2m ad pceptū. aliogn glz tenet̄ ēē ūgo.
glz ēē paup. glz sacdos. glz ieiunare ī pane 7 aqua. 7
sic d alus bonis. n̄c ē cāz q possit se excusare. d ipō. q2
nō ē nob nota pō usq3 ad quāt pōt. vn̄ planū ē q p
nō tenem̄. sic plāt argumētū p hac pte. — ad ad dc.
q id nō ē pcept̄ ſ3 gsiliū. qn̄ dīc q̄cunq3 pōt man̄ tua
istā opare. Et silr dcē ē ad ad qn̄dc. q timz dn̄ n̄l
negligit. s. d hus. q sibi pcepta sūt. illa aūt negligē
dicam̄. q d tem face sic dbita 7 nō iplem̄.

xpēditis gonibz ptinētib3 ad dīa pcepta. q tn̄s gd ē
dpa. 7 p gn̄s sacmti m̄a. seqt̄ q̄dā gōnes d gsiliis. 7
una est d uno gsilio. alia ē d ao. pma qō ē d ūgitate q ē
sb gsilio castitatis. vtr̄ s. pdat̄ p solū gsensū uolūtis. 7 ūi
q nō. q2 m̄lta alia pcta. solo corde gmissa n̄ auferūt
nob ūtutes eis oppoitas. g n̄c oppoitē ūgimtas aufert
nob ipāz. si solo corde cā pdam̄. m. pz q2 si qs uellet ēē
hoīada. n̄ ppt h ēēt ī ūpīs. n̄ scīret fcm. — q. ag dīc
q pdat̄ solo mtis gsensu. — 2o dcī q s ag d nuptiis
7 gcupia. ūgitas ē ī carne corrup. icorruptois ppetua
meditatō. vn̄ nom ūgitatis dz ā ui rore. sic ī d q n̄ ē
adustū sup habūdātia caloris. dz uirē. sic pa dz uirē
7 florē cū ī est ūgitas. eo q n̄ ē gcupiscētie ādore adu
sta. ſ3 imunis a uenēo actu. ē g formal̄r ūgitas. ppoit
ppetuo abstinēdi. a tali dlectatōe ppt dn̄. g cū tale pp
sitū sit bon̄ aīe. 7 sua possessio. hic ē q ag dīc q n̄ pōt
a nob auferri p uiolētiaz. stupatoīs nobis īuitis. sic
dixit bta lucia. nō coiquinat corp. n̄ d gsensu mtis. vn̄
1. d ca 16. sed3 iaiō 7 ipat mbris. 7 iō corpe uiolato ūio
litaprē. nō pdit. nullus. n. maligni ul ipudic. ipotātē
ht q d d sua carne fiat. ſ3 tn̄ q ad uiuat mte ul renuat
gscāq. sana mte se pdē pudicitiā putauit si forte i
ad phēsa sua carne. ui oppssa. excitat̄ ut expleat libido.
n̄ sua. si. n. h m pudicitia pit. p̄fcō pudicitia ūt cū n̄ ē
n̄c ptinebit ad bona q b3 recte uiuit. ſ3 i bonis corpis n̄uabit.
q̄lia sūt plcitudo 7 ualitudo 7 h'ui. vn̄ talia mlta poit
idē. 19. c. l. i. pea gcludit ppoīt nrē q̄onis dicēs. n̄ opi
nor queq̄ tā stulte sape. ut huc pisse ad existimet.
7 d ipi corpis sctate. q̄uis mbri ille ītegitate ia pdita.
quo circa ppoito aī pmanēte. p q2 ī corp sāficat̄. n̄c
ipi corpi aufert fctatē. uiolētia libitas aliene. q sūat
pseuantia gtinētie sue. a ctuō si qua femia mte corrup
ta uiolatoq3 ppoito. q dō uouāt. 7 p gat uitiādā ad de
ceptorē suū. ad huc eā pgēte. sciz ul core dmus eā sctē
aī p quā corp sāficabat̄. ad missa atq3 d s cta. ab sit h
error. sic g appāret p sniā ag. q ūgitas solo gsensu m
tis pdit. sic pz p r̄oz 7 sūū ex? q illa femia uadēs 7 p
gens ad corruptorē suū ia pdit sctatē ūgitatis. silē ē
dīc x. q uidit muliez ad gcupiscēd eā ia mecchat̄ ē
eā ī corde suo. 7 h sn̄ia habet̄. 32. q. 4. sic. n. ſ3 m̄ restat
un̄ dubiū d btō iohe euāgta. q dz ēē ūgo abto iro. 7 tn̄
gsensit ī copulā gugalē. d cui copl nuptiis fuit uo
cat̄. s ēdq ieroim. 7 sic ī eod pōt ūgitas 7 matmoiū
q nō uidet̄ posse stare. cū matmoiuz n̄ sit n̄ p mutuū
gsensū aīmo4 ī copulā gugalē. s apl'm q dr. muher
sui corpis potātē nō ht. ſ3 uir 7 eo. h aūt difficltas ē satis

psida 7 nimis plura. iō dn̄tan̄ eā ad pposi q2 eēt fcē
accidē axioma. nā icludit̄ ī ea 7 matmoiū btē u. cū io
sep vn̄ ē discordia ıt dcōres qn̄ fecit uot ūgitatis d[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Oueritr ut̄ sit ponē p pnā. q s. pduxit a. 7 ip3
nō fuit pductaz. 7 ui q sit q2 dīc phs 2o me.
q i q ē maxie ens. 7 maxie ū. ē cā oiū entiū. 7
oiū ūi. ¶ Itē oīs cā sapia agit ī ūtute pme cause
ſ3 mlte cause agūt. g q q sit pme cāe ul agat in
ūtute pme cāe. g ē ponē pmā cāz. ¶ Itē dīo amē
q dupx est agns cū motu. 7 sine motu. ſ3 agens sin
motu ē pmū pnā. g ē ponē alīq pnā pmū. ¶ q
aūt agens sine motu sit pmū pnapiū plat̄ sic.
agens ē pnā. eo aūt ipō q sin motu. oz q sit pmū
q2 si ēēt aliūn cātū habēt aliq cāz pmā. aū se 7 ip3
ēēt cā sapia. 7 u illi. s3 pa ē ilo de cāis. q oīs cā sa
pia agit ī ūtute influēcie cāe pme. g cū sit tale
agens agēt ī ūtute. 7 motu illi pme cāe 7 mouēt
ab illa. ſ3 si isua actōne mouēt ab aliqua pa cā tūc
agēt p motū 7 sin motu. g si agit sin motu. ipō
ē q sit cātū ab alio. ¶ Itē dr ilo de arte ul re
glis fidei. e. ppoiōne. n̄ se ip3 gposuit ul ad ēē p
duxit. q2 sit ēēt cā sui. 7 p gn̄s ēēt pus se. q ē g aī
gceptōnē. ut idē exponit q2. g oīa q sūt ī mūdo n̄
sūt gpoita ul gsta aslt. oz g ponē aliqd a ag sūt
oīa gsta. ſ3 tale necē ē ēē nō pductaz. a liogn n̄ ēēt
d gpductō. oīb3 g oz ēē p pnā. g oz ēē aliqd q sit p
pnapiū q sit pnā alioz. ¶ Conē nō ponēt rez
ēē aliq p pnā. n̄ q dat reb3 ēē. g res q p n̄ possūt
nō ēē. nō idigēt aliq p pnā dante reb3 ēē. ſ3 mul
ta sūt necīa ī mūdo. q nō possūt n̄ ēē. q2 sm phs
2o p. q necē ē ēē ipō ē nō ēē. g talia n̄ idig
ent pnā dāte illis ēē. g nūq ē ponē aliq p pnā
oīuz. ¶ Itē dīc aug. v. l. de ci. dī. q n̄ ē cau cō
lima cā nō pcessit. g si ē p pnā. ci cā pcessit lima
cā. ſ3 si ei ēē pcessit lima cā. ip3 nō ē p pnā. 7 ita
si ē p pnā n̄ ē pmū pcā. h ē iōens g 7 pmū.
¶ Itē si ē aliqd pmū id ē sipliasimū. g absolu
tissimū 7 abstractissimū. ſ3 sta ul n. abstctoz. ē q ab
solutoz. q intelligit̄ circūscpta opone. q q intelligit̄
cū opone. vn̄ nom ēntāe ē absolutissimū. q2 dīc
nāz rei sine aliqua opone. 7 hitudine ad a. g
tal n̄ pōt recte itelligi alioz pnā. ¶ Sidicat̄ q
f l3 sit absolutē n̄ obstat q n̄ sit opitūn q2 sua stant
7 opo. sūt un̄ 7 id. simpliasim. ¶ g. q cunq3 sūt oio
idē. illo uno itellcō. intelligit 7 rā. 7 uno poito pa
ē a. g si ēēntia pmi pnapiū 7 sua pductia opo sūt
idē. g poita ei ēēntia. poniē ei pductio. ſ3 sit p. oz
ei ēēntiaz ēēntia. g 7 pductā. g 7 pductā sūt ēēntia. ſ3
h ē flīn. g 7 pmū. ¶ Itē sic se ht forā ad formā
7 m ad m. ita efficaūs ad efficaēns. ſ3 forē n̄ē capt
formā n̄ n̄ matiāz. g n̄ efficaēnt̄ efficaēns. g pa
nālia ul uolutapiā. n̄ ht aliq pmū pnā efficiēns.
fq sit pmū pnapiū. ¶ Rō. dc q ē aliq pmū
pnā. efficaūn rr. ē fidlē gfitēdū. tāq catholicū
gstanē 7 cardinalē assendū. tāq idubitāl n. firmit̄
credendū. tāq salutis huane. 7 spūal edificū. p
mapiū 7 nōm fudam̄t. oio tenēdū. dd cū n̄tia

notitiā tpha nūc ad psens possum̄ deuenire. ¶ p
p cōz aī gceptōnē. iformatā ex nāli ipssione. ¶ 2o
p sēpaturaz reulonē. pposita dīna guēcōne ul istrucōe.
¶ 3o. p rōis inuestigatoz. dedūctā ex rr. existētiū gsinc.
¶ pm g motu. sīn pa. uia. deuemēdi ī notitiā ex
nīe dī. sūi pmi pnapiū ēē. ē p cōz aī gceptōnē. ī
formatā ex nāli impssione. gcep enī aī gceptōnes astē
infallibiles. sūt ex huis q nālr oīb3 sūt ipssa. qlis ē cō
gceō exntā dn̄i. ab ipō nālr insta. n̄ solū aūt ēē dn̄m.
ſ3 ē ēē p pnā. oīuz. p hāc enī nālē ipssionē. gcpit
ēē sūmū bon. 7 desidat. unū sūmū bonū. Ex hac g
nāli ipssione. format̄ dupx notitiā. una ex nāli aī
gceptōne. 7 a ex nāli iclinatōne. ¶ pa g notitia sūit
ex coī aī gceptōne. secdm enī aug 7 anselm. 7 alios
scōs coīt. coīs aī gcep ē ēē un̄ pnapiū. q n̄ meli.
n̄c q māius cogitari pōt. g ē ip3 ē sūmū bon. q2 oē bon
d aūt cōle aūt īfius n̄ cōle. q2 ia ista duo exta
cent maiora illo uno. g īfius. ſ3 si ē sūm bon nō
pōt ēē ab ao cātū. q2 oīs cā efficaēns pstātior ē sua
cāto ut dīc aug. Itē si sūme bon ē sūme sui dif
fusiuū ē. q2 bonū ē sui diffusiuū sm dyō. 7 ī maxie
efficaūn. 7 ī ē oīuz efficaūū si aūt ē oīuz cātum nō pōt
ēē cātū. q2 ī cāis 7 cātis nō rerapim̄ reapcatōnē. ul
artculatōnē sm dyō. aliogn idē ēēt pus 7 pstātus
se ipō. 7 cā sm ipt. 7 pstanā se ipā. q ē g cōez aī
gceptōnē. ut tāq g. sr 3a ppoiōne. l. de arte fi.
¶ Scda notitia forat̄ ex nāli inclinatōne qua
uult oīs cātā sūi nā tēdit ī bonū sūmū. oīa enī
sūmū bon exoptat. ut dīc boeciū. ſ3 gstat q nāl in
clinatō nō pōt ēē uana. uana aūt ēēt si sūmū
bonū nō ēēt. tūc enī nāl appetāt. 7 uolūs nēc q ī ē
ei ex nāli ipssione ēēt in̄. q ē maxim iōens. g
nēc ponim̄ sūmū. ſ3 si ponē sūmū oz. q sit p pnā.
alioz oīuz ut ī pcedenā pōē deductū ē. 7 ī nēc ē
ponē p pnā oīuz. s. ip3 dn̄. h g ē modus pm deue
niendi ī notitiā pmi pnā. s. p cōez aī gceptōnē ī
formatā. ex nāli ipssione. Oz qm ut aīt dyō
damasen. i. l. 3. c. cogitāō exntā dn̄i. nob nālr
insita ē. q nō īnūn pualuit. p uiciosa malicia
hoi. n. 1. g nēq. ut dicāt nō ēē dn̄. quoz īsipiaz
manifestaū ds dicens. dix īsipiens ī corde suo n̄
ē ds. occurrit reulo dīna. p pphas 7 aplos hui.
¶ Est g 2s modus. deuenēdi ī cogitōnē exnē
ti sui pmi pnā. p scpturaz reulonē. Oz qm ita ne
sūt sr h innabilia testiōnia. sufficiat ad psens 2o.
vn̄ de uetī testamto. 7 a de nouo. In ueteri enī
testamto. gen p dō scpturā dīna. In pn̄a creauit ds
celū 7 trāz. i. spūalē 7 corpalē cātāz s aug. 7 sic
oīa a se. g ipō nō ē pductē aliunde cū nō sit
pductē a suo effctū ut dēm ē sup. Itē ī nouo testa
mto 10. p. In pn̄a erat uerbū. seqt̄. oīa p ipm fcā
sūt. g ds p uerbū fcē oīa. g ipē nō ē fcs ex aliq.
sic ē de ipō illo p q fcā sūt oīa s aug. 1. omel.

sup. 10. dicens quo pot sic ubi verbum dei scriptum sit qui prius ubi dei fecit omnia. ¶ Ad maiorem autem fidem faciendam infidelibus huius rei non est pretereundum quod istud verbum non fuit revelatum solum apostolis sed etiam antiquis philosophis. Unde refert Augustinus x. libro de civitate dei 29. capitulo quod quidam platonicus dicebat hoc verbum aureis litteris conscribendum et in locis eminentissimis esse ponendum.

¶ Item ad hoc sunt et innumerabiles auctoritates sanctorum. Ad presens sufficiat dictum Augustini quarum una est in libro contra manicheos ubi dicit quod voluntas dei omnium que sunt est causa. Quod si habet causam est aliquid quod antecedit voluntatem dei quod nephas est credere. ¶ Item dicit Augustinus 3. libro de trinitate capitulo 4. voluntas dei est summa et prima causa omnium specierum atque motionum. Non enim fit quod non de interiore atque intelligibili aula summi imperatoris egrediatur. Id placuit namque philosophorum cum aliis causis eam tribuerunt, cum omnino videre non possunt ceteras omnibus causam scilicet voluntatem dei. Hic est ergo primus modus deveniendi in notitiam existentie dei per scripture revelationem. Sed quia non omnes credunt revelationi scripturarum ideo restat 2 modus cognoscendi per consyderationem creature dei.

¶ Est ergo 2 modus deveniendi in cognitionem existentie dei sive summi primi principii per rationis investigationem deductam ex rerum existentium consyderatione tamquam a posteriori. Quod autem sic possit cognosci existentia dei sive primi principii probatur per id quod dicitur sap. xiii. A magnitudine speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horum. Propter hoc dicit apostolus ro. i. invisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius et divinitas, ita ut sit inexcusabiles.

¶ Item dicit Augustinus xv. libro de trinitate 4. quod ipsa universitas rerum proclamat se habere prestantissimum conditorem et immutabilem.

¶ Item Augustinus xi. libro confessionum 2o 4. clamant celum et terra quod facta sunt. [illegible] sunt, et quod se ipsa non fecerunt facta sunt quod mutata sunt. Se ipsa non fecerunt quia antequam fierent non erant ut a se fieri possent. Est autem vox dicentium ipsa evidentia. Tu ergo fecisti ea domine. ¶ Sunt ergo duplex rationis genus ex rerum existentium consyderatione. Una enim sumitur penes imperfectionis conditionem, alia vero penes ordinis connexionem.

¶ Prima ergo rationis inquisitio ex consyderatione rerum quantum ad imperfectionis conditionem quam reperit invenit in rebus scilicet constitutionis vel compositionis, sive motus vel mutationis, sive permanentie et durationis. Ex hac autem triplici imperfectionis conditione triplex investigatur ratio qua probatur existentia dei sive primi principii.

¶ Prima autem ratio sumitur ex imperfectione constitutionis vel compositionis rerum existentium sic. In omnibus rebus universitatis [illegible] secundum philosophum in quibus differt esse et essentia sive quod est et quo est secundum autem. In omni eo quod est in genere differt essentia et esse et quo est et quod est secundum boetium. Unde secundum metaphysicam est idem actus et potentia. Sed constat ergo omnia ex compositione aliqua constituta esse. Sed constat quod non componit hoc existentiam vel componitur a se ipso. Propter quod dicit 3. propositione libro de causis, si quod non se ipsum composuit. Aliquin esset causa sui et esset prius et posterius se ipso, quod est contra communem animi conceptionem, ut idem dicit boetius. Constat autem quod omne quod componitur ab aliquo componitur et causatur. Unde in principio libri de arte. Si dicatur quod omnis compositionis causa componens esse, sed non a se ut probatum est, ergo ab alio. Et de illo similiter queretur utrum sit tale compositum quod sit causatum ab alio. Et sic vel erit ire in infinitum vel erit ponere quod sit ab aliquo simplici quod non sit ab alio quod sit suum esse existentiam habens non aliunde. Sed hoc est primum principium quod omne quod est causatum ab aliquo habet esse ab eo. Ergo etc. Hanc rationem dicit facere Avicenna dicens quod cum omnia que sunt in universo habent esse a causa, propter quod sunt igne et imperfecta oportet ponere unum quod est super omne genus quod est suum esse, a quo fluunt alia. Id autem dicitur esse deus sive primum principium. Unde dicit quod deus est suum esse et ideo non est in genere. ¶ Quod autem hic supponitur et implicatur sequentibus rationibus scilicet quod in causis non est abire in infinitum est communis suppositio omnium philosophorum modernorum, quod generaliter tenent omnes philosophi et arabes et sancti, quia infinita non sunt de arte. Unde dicitur in principio libri de arte quod nullius rei causalis est et esse potest in infinitum ascendere. Et philosophus dicit 2o libro metaphysice quod in causis moventibus et motis est necesse aliquid primum, et in non potest esse infinitas. Cuius ratio est quia si non esset primum non esset motus, quia secunda causa non movet nisi ut mota a prima, quia causa secunda agit virtute prime cause. Et si ita si non esset dare primum principium nullum esset posterius effectum et per consequens non causa non principium aliquid. Et si esset in causis in infinitum ponere primum nulla esset causa, et sic cause non essent cause et principia non essent principia, quod est absurdum et contradictionis implicativum. ¶ Item 2a ratio sumitur ex imperfectione motus seu mutationis. Omnes enim res universitatis sunt mobiles vel mutabiles. Sic dicit Gregorius libro moralium 29. exponens illud apostoli 1 thy. vi. qui solus immortalitatem habet. Damascenus etiam et philosophus 1. libro 7. capitulo dicit quod omnia sunt mobilia vel mutabilia secundum naturam vel secundum electionem. Dicit etiam Augustinus super genesim 8. libro [illegible] quod omnis creatura mutatur, sed corporalis per tempus et locum, spiritualis per tempus non per locum. Omne autem mutabile reducitur ad principium immutabile aliquo modo vel mutatur [illegible] ab aliquo movetur et ab immutabili. Unde dicit Augustinus super genesim viii. libro: movet articulus stat manus, stat cubitus; movet cubitus stat humerus; movet humerus stat corpus; movetur corpus stat spiritus scilicet anima; movet anima stat deus. Unde concedit spiritualem creaturam non per locum moveri et quod deus omnino non motus per tempus movet creaturam spiritualem. Omne ergo constat universa que sunt in universo moveri aliquo modo. Oportet quod moveatur ab aliquo alio immobili omnino. Quia si id aliquo modo movetur oportet quod moveatur ab alio, et sic esset in infinitum. Oportet ergo dare primum movens omnino non motum, et hoc dicitur deus et primum principium. Et ex hoc inducit et reperitur a philosopho in pluribus locis. Sed autem ponit duplex argumentum scilicet unum cum motum et sic est agens omne causatum, et ad finem motum, et sic est deus quia est primum principium. ¶ Item 3a ratio sumitur ex imperfectione permanentie et durationis, quod potest accipi dupliciter scilicet quantum ad originem inchoationis et quantum ad defectum commutationis. Et secundum hoc potest ex hac imperfectione formari duplex ratio: prima ex origine inchoationis, secunda ex commutationis defectione. ¶ Prima ergo harum rationum formatur ex inchoatione originis sic. Omne quod est in mundo habet esse non ab eterno. Hoc ad presens habet suppositionem quia infra queretur specialiter. Quod autem non est ab eterno non fuit semper, ergo aliquando non fuit. Sed quando non fuit non fuit.

Quando autem non fuit non habuit, ergo non sibi nec aliis potuit dare esse. Ergo si habuit esse habuit ab alio. Illud autem aut fuit ab eterno aut non. Si non, ergo habuit esse ab alio, et tunc similiter queratur de illo. Et sic vel erit abire in infinitum vel erit dare aliquid primum ab eterno. Sed primum non potest dari, ergo dabitur 2m. Ergo oportet ponere aliquod primum principium eternum. Hanc rationem facit Richardus 2o libro de trinitate capitulo 4.

¶ Item 2a ratio formatur ex defectu continuationis, quia res in se et per se suam permanentiam continuare non valet. Omne enim quod ad non esse incipit in versione tendit secundum Damascenum 1. libro capitulo 3., et versibiles sunt in non. Ergo ex se non habent virtutem permanendi, sed ab alio conservantur eas esse. Conservatur autem a suo principio, quia ab eodem causantur et conservantur. Ergo cum conserventur oportet ponere illorum principium illi esse conservationem. Ei autem esse si indiget conservari habet principium, et similiter id aliud. Ergo vel erit abire in infinitum vel erit ponere unum quod non indigeat conservari. Hoc autem solum increatum secundum Damascenum 1. libro 3. Ergo tale principium oportet esse increatum et ita primum. Hanc autem rationem confirmat pro 1o quod dicit glossa hugonis super angelice ierarchie 2a parte: omnia in quibus que sunt aliter subsistere non possent nisi ipsis divine bonitatis a qua omnia esse ceperunt et in quo subsistunt divina presentia substinerent. Dicit etiam gregorius quod omnia in nichilum caderent nisi ea omnipotentis [illegible] a quo creata sunt [illegible]. Item Augustinus 12. libro de civitate dei 29. dicit: efficacem potentiam suam si rebus subtraheret deus non poterunt in eo quo creata sunt aliquatenus permanere. Sic ergo patet primus modus deveniendi in cognitionem existentie primi principii sive dei per rationis investigationem sumpte ex consyderatione rerum quantum ad imperfectionis conditionem. ¶ 2a rationis investigatio sumitur ex consyderatione rerum quantum ad ordinis connexionem. Invenitur autem in rebus triplex ordinis connexio, videlicet connexio ordinis causalis productionis, gradualis proportionis et universalis gubernationis sive dispositionis. Et ex hac triplici ordinis connexione triplex procedit investigatio rationis qua probatur existentia dei sive primi principii. ¶ Prima ergo ratio sumitur ex connexione ordinis causalis productionis sic. In rebus universis est quedam connexio causalis ordinis. Unde dicit Augustinus v. libro de civitate dei ix. capitulo [illegible] actionis. Quod approbat Augustinus quod in rebus causis est ordo causarum, et ideo non fit causa esse luna cum non precessit. Item quod in ordine quedam sunt que sunt effectus tantum, quedam que sunt cause et effectus, et est aliquid quod est causa et non effectus. Aliquin esset procedere in infinitum, quod est inconveniens ut perfectum est, vel esset ponere circulum causarum vel quod idem causet se ipsum, et sic aliquid erit prius et posterius se ipso et esset causa sui, quod est contra communem animi conceptionem. Est autem quod est aliorum causa et non aliunde causatum est deus sive primum principium. Hanc rationem ponit Augustinus v. libro de trinitate [illegible] quod facit et non fit est deus qui est creator omnis corporis et omnis spiritus, ipse deus spiritus existens utique non creatus. Alia autem cause et faciunt et fiunt. Alia autem fiunt magis quam faciant. Item hugo libro 1. de sacramentis parte 2a capitulo 20. hanc eandem rationem evidenter ponit. ¶ Item 2a ratio sumitur ex connexione ordinis gradualis proportionis sic. Videmus res ita graduali proportione disposite sunt quod alie sunt aliis meliores et nobiliores. Si enim essent equalia non essent secundum Augustinum libro 83 questionum xli questione. In his autem ordine sic necesse est aliquid preminere ut non habeat supra se aliquid. Aliquin si sic est ordo graduum in infinitum procederet ut nullus in gradibus poneretur quo superior aliquis non inveniretur, ita multitudo rerum nullo fine clauderetur, quod est absurdum et inconveniens. Est ponere summam naturam sicut expresse deducit hanc rationem Anselmus monologion x. [illegible] quod est tale sit necessario maximum et optimum. Hoc autem aliquod non potest esse nisi ipsa sit per se et omnia per ipsum et ex ipsa, et id est primum principium cum omnia ipsi fecit [illegible] et creantia sunt et bona. Oportet quod hoc habeant ab eo quod summe est vel quod summe bonum est. Sic ponit Anselmus monologion, Plato 1., et philosophus dicit 2o libro metaphysice quod summum in unoquoque est causa omnium que participant illam naturam illius generis. Dicit etiam boetius libro de ebdomadibus quod omnia quecumque bona sunt a summo bono sunt. Item et hanc rationem deducit Richardus 1. libro de trinitate xi. capitulo et xii. capitulo.

¶ Item 3a ratio sumitur ex connexione ordinis universalis gubernationis sic. Cum illa que sunt in mundo omnia quedam convenientia deducantur, hec in se diversa sint et opposita omnia non ad se convenienter sint ordinata et propterea se vertentia ad proprios fines. Sic patet quia tamen illa que finem non percognoscunt quam illa que percognoscunt propter finem videntur agere, et universa se coadunant et contraria opera se sublevant, et hec dico naturaliter, et omnia in summum bonum velut appetendo tendunt. Talis igitur convenientia non est in illis nisi ex providentia et gubernatione alicuius agentis, a quo tales naturales leges omnia acceperunt, a quo ordinata fuerunt ut sic invicem convenienter ordinata universaliter ad primum principium sic in suum finem ultimum ordinarentur. Id est nota et duplex ordo quem deus gubernator admiscet universum, scilicet ordo rerum ad invicem et ordo rerum ad ultimum finem. Sic duplex est ordo in exercitu, scilicet omnium ad invicem et omnium ad ducem, et primus ordo est per secundum ut dicit philosophus xii libro metaphysice. Talis ergo ordo rerum ad invicem et omnium in ultimum finem manifeste ostendit illum finem ultimum esse primum principium, quia finis ultimus est id quod ultimo intenditur ut dicitur in v. metaphysice. Primum autem principium non potest ultimo intendere aliquid preter se ipsum cum ipse sit finis omnium. Unde ipse deus est primum principium et finis et ultimus, quia omnia propter se metipsum operatus est. Et ideo dicit apocalipsis 1o: Ego sum alpha et o, principium et finis. Hanc autem rationem de divina providentia vel gubernatione facit damascenus 20. libro 3. capitulo. Significat [illegible] gubernationem et providentiam deus quod deus est, quod hanc universitatem consistere fecit et continet et conservat et semper ei providet. Qualiter enim utique contrarie nature, ignis dico aque terre et aeris, invicem mundi conservatoris convenissent, et indissolubiliter permansissent, nisi aliqua omnipotens virtus congregasset et semper indissolubilia conservaret. [illegible] et sine prohibitione movet, non ne artifex horum et qui rationem imponit omnibus secundum quod et quemadmodum hec machina fecit et deducit. Quis autem artifex horum nisi qui fecit hec et ad esse deducit. Hec autem quis est nisi deus. Hoc autem est dicit hugo in glossa super 9. capitulo angelice ierarchie 2a parte, quod omnia que sunt participat providentia manante ex deitate, quia de fonte et primo principio omnis bonitatis que est causa omnium [illegible] ab ea bonitate procedit omne bonum. ¶ Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod in mundo non est adeo necesse quin hanc legem naturalem vel nova

[illegible]

[illegible]

sz imo le oz ee p oia actuale. r n hr de po. s3 actua
lissimu e pfectissimu. s3 pfectio nlla e dee pfcio. si
go sut duo pma pna. cpiut pfectia. go neutru deficiet
pfco alti. r sic idem cpiut oia. hac roz fac dam. i. l
c. v. cur ds ho. It fe si e p pnci. necce e ee
omipom. p q pm pnapm pduc de nichilo. s3 deto
nllm pnapm pot aligd pduce n ips sit ifite pote.
r sic oipo. ppt q dic aug. l. de fide. ad pe. 2. q
res de nichilo pducat actore sum. oudut omipom.
si go sut duo pma pnca. sut duo omipoa. s3 omi
potens pot destre ac ad. asc r pducere oc ad asc. s3
no e omipotntissim. q pot ab ao pduci ul destrui
go si sic utqz potest destrue utqz r sic neutru e omi
pom. r p qns neutru p pncm. r h e ro. Ric. i. l. de
tni. xxv. It si e p pnci e sum. h ipo q p.
s3 sumu e ad q oia r ad q oia ordinatr. si go sut
duo pma pnca. utqz ordiabitr ad altm. r sic ne
utm erit sum. r p qns neutru erit p. go si sut
duo pna pma. neutru e sum. hac roz fac
ans. monol. 4. c. r Ric. 2o. l de tni. xiiij.
It sult ro exaltoz ul pnapiaoz qlitate. ul
ppetate. cu. n. ee catoz dependeat toti apma ca
ul acaus pmis si plres sut. io p ppetates pnapiaoz
e deuenire incogitoz pmi pna. ul pmoz pncioz
si pla sit. Exq sine aut pnapiaoz. quadrupl
ondit ee un pmu pnci oiuz. Et po exgnat
exnie. r gditoni gnalium. bonitas. unitatis. r uita
tis. rone uniusalit. r icqlite ptia. 2o exalte
influetie admistone gradualr r ordialr gcata.
3o ex opatatis mutue gcordie r pportionalr
gahata. 4o. ex uniusitas vapa mltane. ad un
ulam finalit tinata. p go ondit unitas
pmi pnci. exgnat exnie rone uniusalit r ie
qualit pta. gnal exnia e ee un ir. r boni. q re
piuet in oibz exntibz fm magis r min. siu sint
grupta siu incorupta. e aut phoz r scoz cois
snia. q qn aligd inc plibz ipfce fm magis r mi
nus. oz q isit oibz p aligd cu gat pfce r pfe.
go oia h. s. entia ee. vn ee. va ee. r bona. q sit
in oibz exntibz oz q isit eis p aliq un q sit su
me tale. h e snia phi in pnci metha. r ansel
monol. i. e ne cdendum r c. r boeci. 2o. l. de gsol.
q dic q ome inpfem ab aliq uno pfco trahit or
rigine. ad h sut roes scoz ifite auctorites. q dnt
q ds rone sue bonitatis e ca oiuz. h dic aug. xi
l. de. c. d. c. 28. r ide. q. l. xi. r ans de gcordia
pscie. r h. ap. vol de na re no. u dic q ois spes ab
uno do e. q e unitas. r un solus oiuz. atqz oiuz
cenia. ex qua e oe q e ingnit e. q gcordie ingt
e bonu e. r ytm r aug. l. de na boni g mani
cheos. inpno. It sult ro. ex. 2o. exaltis.

ulr

influencie admistone. gradualit r ordinalit
gcata. io. n. pncm q no pot re pducere no pot gsuare
re n mouere pncipalit. q no un i ipaz posse influe
pncipalit. i. extra utute. n res q no sunt ab ao
pnco pducte sut nalit r pncipalit ad ipz ordinate.
s3 sic se ht q ds luas catas oes mouz. s3 dissente q
stas spuales p. r p illas corpales. corls. n. sbdicut
spuali. vn angli sriores illuiat infiores. r isti oes
mouet cora celestia. r cora celestia influut. i icor
rupbz r corupbz utute sua. go alie catee administ
ant alus. sua pfcaz gsuatoz. r corlia gsuat p in
fluentia icorruptabilm. go h administro depnet
ab uno pncio s3 ille e admistrare qui e ds. hac
roz insinuat aug. viij. l. sr gen. 3o sult
ro. ex opetatis mutue actone gcordie r pportate
gahata. q. n. gstitia ex totr rebz opus gsuet r galeat.
r r ea guidem sibi mutuo opari. se foueat n
pot ee n p un pmu pnam oiuz. vn h inse sit
opie. tn ingta gnexionis galitne inuenint ordiata
r pportte. q. ptes alis q intoto ali q sibi mutuo
sbsuint. hac roz fac dam. l. p. c. 3o. quo igr dzis
exntibz pncipus gubnabitr mundus. pugna igitr
natibz gsiderata. ide 3o c. s3 r ipa cuitonis pman
tia gsuato. r gubnato. docz nos. qm ds q hac
unitate gsiste fac r gtinet r gsuat sep ea pndz.
qualit. n. nc opie ignis dico r aq celi r trre i uni
mdi gsuatoz guenisset. r dissolubiles pmasisset
n aliqa ut oipotens gdidisset. r sep indissolubilia gsuna
ret. se. h aut no e n ds. 4o. sumit ro. exunu
sitas rapa mltane. ad un ultam n lit r finalit
tinata. ido. n. q e finis ultam oiuz. id e pmu pnm
oiuz. vn dic phs. 5. metc. q pm pnci agens r ul
tim finis gadut i ide nuo. vn ponit q pm pnm
mouens mouz. ut desidat ab oibz. h aut e ppt soll
di ultami finis moue oia i rone desidati. vn
dic phs. xi. metc. q dupx e bonu uniusi. sic dupx
ordo. s. rez ad inuice. r ipaz i ultam fine. sic
in exatu e ordo milit adinuice. r ordo ad duce. bo
nitas aut ordinis pnco e ad ultam fine. vn dic
q bonu uniusi e bonu separatu. q e ca pma. ad q
sic ad fine ordinatr oa a. r e bonu iordie uniusi
ad inuice r id bonu e ppt pmu. sic in exatu e bon
ordo eoz q sut iexatu inter se. r oms r ordinant
ad un bonuz. r ad inuice. ex hui go. q e hmi finis
toci uniusitas. exq tiait oia ee bona nocce e ee un
pm pnca. exq tiant oa exnia. ide. n. nuo. It ppm
r finis. sicut no ee un finis. no ee bon. no ee
aut un finis. si no ee un pncm. r io dico alibi
phs. q q ponut plres cas. s. pmas. tollut naz bon
r no pracipat. vn dic dyo. i l. angea. iera. q. c
2a. pte. q ppm e h ee oiuz r bonitatis. si p oia uo
care ea q sut ad gone sua sic uniqz. eoz dicitr.
q exponens go. hug. dic. ppt h dia bonitas ea q.

cunct ad se reuocat. r reformat. q ppu illi e excel
benignitati illa q ee acceperut r ea ad sua bonitatez
uocare. igitr unqz capax ee pot pticipationi illi.
r ppt h dic ipe xps. apocal ultio. Ego sum alpha r o.
pncipiu r finis. Exhuis matie pz. rez exnu iuniuso.
no posse ee n un pmu pncipiu. s. dm. vniusa
a machina fatue fictonis hetice. psternit r ad
nichilat. gfractas r cominuitas. petribz ei fictilibz
vn r sua mortia. r fulcimta. pposita facilime dis
soluitr. Aucttes q uident pone pncipe ul dm
hui mudi aliu a deo no r hui no locutr rone nec
s3 uitose corruptonis sr adoe. It no dr ds
inuetu testamto a tenebris incepisse. q fm ba
siliu pus erpreu fec. q r si no fecisset n ppt h dicitr
a tenebris inchoasse. h. n. gnalit tenendu e q
ds res de nichilo pdux r io res de se hnt ipfcone
pfcone aut no hnt n a do. r q sic ipe ide ds pz
p aplm. 2. ad cor. 4. q dico q deus dix de tenebris
luce splendesce. ge. i. h g pz q ds pfcores forms.
induit h q mag eleganit res a sua ipfcone vn
pfco rez sep attribuenda e ipi do. ipfco uo re
bz q de nichilo. r si actes hui ipfcones dicat ee
a do. h e intelligendu q n remouet. Ad pm obz
q oppoitoz oppoite sut cae r c. D. q id ubu e intelli
gendu de effcibz ingnit gparent a cais intrinsecas pti
cularis. r imediatas r nales. ita q ca intrinsecae q i extr
nsece cae intelligant nales. no. n. pot hr unitate
de cais uolutaris siu extrinsecas siu intrinsecas. q uo cas
e potestas ronal. se hns ad opposita. fm se. un dic
phs q potas ronales sut ad opposita. potas uo nales se
ad altm tm. It intrinsecas pz ex in artificie q ead
uotas po fac dusa r opa inartificialis. sic pz imotu
artificiatoz ul gete r r i extrinsecas. q ho sua uor.
mouet se ipz i opposita. It no pot hr unitate de
extrinsecas nalibz ulibz ul metas. q sic pz sol dissoluit
glacie. r gsolidat lutu. pmu aut pnca e ca ext
nseca uolutaria. r ulis. r io n oz q sic diusitas ul
gtietas in ipo pnco. sic e inpncipiatis. ab ipo. Ad 2
q gt obiicit. Dico q ille cae pprique gtrarioz effcuu
hnt alias cas oppoitas. n tn ppt h e abire i ifitu s3
ipe deuenire ad duas cas pmas nales q an se no
habebut alias cas nales. s3 tm uolutaria. s. dm.
Ad 2m q ca assilat sibi effcm r c. D. q alic assi
lat sibi effcm ca uolutaria. r alic ca nalis. na ca nal
si pfca e assilat sibi inspe sic ho hoiez gnat. r ul
ingne uni. n sit defes apte m ul suscipietis. sic
pz de eqs q gnat mulu r asina. si aut sit ca nal
ulis ul inmedia. r ipfca tuc assilat inaligbz gdito
nibz remotas fm exigntia sue utuas. r dispoz m
siu susapientis. q act actioz sut ipatiete r dispo.
sic pz ingnone eqca. Ca uolutaria assilat sibi effcm.

qnt ad ydeale rpsentatoz. q agit ut pcogtas. r qnt
ad gnales gditones entas. q sunt unitas vitas bonitas.
q sunt gnales cau r catoz. r io ds ul pmu pnca cu sit
ca uoluntaria. pfca sufficientissie assilat sibi oia qnt
ad ydeale rpsentatoz. ita q ei effcs melius cogsceret in
ydea q inse. ita pfce assilat illi ydee. r i h attendenda
e pfco assilatonis effcuu ad cam uolutaria. a aut assi
lato no oz q sit pfca. r ita assilat ois effcs cae pme
s. in qta pcipatone bonitatis ei fm mai r mi. iux
dispoz bnplaciti ei. Ad io q gt opponebat q si cae
e assilare. r c. D. q pa ca assilat suos effcs fm pfcm
expssione ydeale. qnt aut ad alia eoz assilatone
assilat sibi pfce fm ordine r dispoz sue sapie. fm
q sep opatr. Ad 2o q gt obiicit. q ca uolutaria e
nobilior r c. D. q ca uolutaria dr ee nobilior
q ag a se ipa. ca aut nal no. qn aut dr q ca pfca e
r c. D. q ue e fm modu suu. Ad 3m. q ide manes
ide r c. D. q id intelligendu e de agente nali r limi
tato. no de uolntario r uli qle e pm pncm. vl de pnco
q opatr p ad asc. q ho nape dispoi fm napa opaz.
no aut de illo q opatr se ipo. tale. n. nuq napat
indiuisis effcibz. Ad 4. q q impole e effcm n ee r c.
D. q id no e ur de ca q no est sufficiens. q i ta de
nae no ponit l gtat effcm. Si aut intelligat de
ca sufficienti. q D. q n e dupx. s. nal r uolutaria. si
nal q illa ag p impetu. nec unqm pot se retihe n ad
ponit effcm. vn no pot ee sol psens corpi p qn
illuinetr r ignis rei qn calefiat. si sit sufficiens.
Si aut sit uolutaria sic dico q pot q pot age qn
uult r no age. sic ho e ca sufficiens loqndi r tn
no sep logr s3 qn uult. r hm. r io ds q e uolu
taria agens. h sit itam oi rei pot no age. siu
influe ad ei gsuatoz. r tuc res pot grupi r in n.
Ad q. q melius e ee duos q un. D. q i it e qnt
ad hoies. q sut ipfci r indiget mutuo auxilio r sup
portatoe. sic pz p id q sapiens ime to ad iugit. no ide
aut de do q nulli ingiget auxilio. Ad ult q obiicit
D. q p pncm e sui multiplicatiuu r diffusiu q cui
eo pfce bonitas repiat. n e dare aliq un q possit sua
bonitate rpsentare. imo oia q sut nedu un illa
bonitate possut pfce rpsentare. pmu aut pncipiu
no e rpsetatiuu alti bonitatis r io no oz q i eo mlti. Q[uestio] 3.
Abito ex predentibz q pmu pnci oiu rr
sit un tm. Qr nuc utrm oportuit ipz pmu
pncipiuz pducere ubu sibi gsbale sui fym an pdu
ctone rr. Et um q no q sic inatauis no re
pit pfca silitdo qnt ad pa. i n qnt ad gditone p
tras. n em iuenitr in aliq q sit sume bonu eem.
inmsu r hi. sic n inenit q sit tnu r un i eenia.
go no obstat ipfca silitudie. si catazpducto
nem psuppoit ubi emanatoz. sic pmi pnci eem
r imsitate. ita cogsceret ubi emanato. aphis sic
cogscat. eternitas inmsitas r isitas. pmi pncipii.

ergo ut prius. // Item secundum primam propositionem de causis in qua dicitur
quod prima causa plus regit res causatas omnes. Probo quod omnis
causa cum causa dicit quod inter omne agens quod agit per esse suum tan-
tum et inter factum eius non est continuatio neque res alia media. Sed constat quod
pater deus est agens per esse suum. Ergo inter ipsum et factum eius scilicet crea-
turam non est aliqua res media. Ergo non verbum et ideo non oportet quod prius producat
verbum quam mediante producat creaturas. Si dicatur quod intelligendum est
de re media que sit alia essentialiter, non que sit alia tantum persona-
liter, sicut est verbum. // Contra: ideo quia sit intelligendum de re
que sit alia personaliter non essentialiter, quia constat et nulli sapienti
est indubium quod principia hominis generati sunt homo et sol. Quia secundum
philosophum homo et sol generant hominem. Et constat quod sunt separata principia
media inter primum principium et effectum productum. Constat est quod differunt
a primo principio essentialiter. Ergo verbum predictum quod non dicitur medium
inter primum principium et suum effectum non potest intelligi de medio
differente a primo principio essentialiter. Ergo intelligitur de medio
differente personaliter. Et ideo verbum quod tamen personaliter differt a
patre non potest esse medium inter creaturarum productionem et ipsum
primum principium. Ergo etc. // Item generatio est causa cause est
causati. Ergo agens [illegible] quod non est causa cause non est causa causati. Sed
pater est causa creaturarum et filius non est causa patris. Ergo non est causa creaturarum
a patre. Ergo causata a patre non presupponunt verbum tamquam causam sui.
Ergo pater non producto verbo potuit producere causata. // Item quod
potest in maius potest in minus. Sed pater absque aliqua dispositione
absque cooperatione alicuius persone potest producere filium quod est
maius quam producere creaturas. Ergo multo fortius absque aliqua dis-
positione et cooperatione alterius persone potest producere creaturas. Ergo etc.
// Item hec est per se deus creat, hec autem per accidens deus generat. Cui
per se est quod illa propositio est per se cui convenit predicatum ratione sui
id est cum reduplicatione formaliter sibi. Sicut hec homo inquantum homo est animal, vel
inquantum homo est rationalis vel risibilis, vel edificator inquantum
edificat. Per accidens autem dicitur vel ad minus per accidens quando predi-
catum attribuitur subiecto non ratione subiecti sed ratione alicuius forme
vel proprietatis inherentis subiecto. Ut cum dicitur paries disgregat
vel album est risibile. Non enim paries inquantum paries disgregat
sed inquantum albus. Nec album inquantum album est risibile sed inquantum homo. Quando
ergo dicitur deus inquantum deus creat, non autem inquantum deus generat sed inquantum pater.
Quia si deus inquantum deus generaret, ergo filius et spiritus sanctus cum uterque sit
verus et perfectus deus uterque generaret. Quod falsum est. Ideo patet quod hec est
per se deus creat. Hec autem per accidens deus generat sive per accidens. Sed
constat quod id quod est alicui rei per se prius est ei quam id
quod est ei per accidens vel per accidens. Sicut prius est homini risibile esse quam
hedificare. Ergo ideo prius est creare quam filium generare sed prius
non presupponit suum posterius. Ergo creatio non presupponit produc-
tionem verbi sed magis econverso. // Item infinito non potest fieri
additio. Ergo cum una persona divina sit infinita ei non potest
addi alia. Ergo primum principium non potest aliud equale sibi produ-
cere. Et constat quod potest producere creaturas. Ergo non oportet quod primum principium
ad hoc quod producat res creatas prius producat sibi equale verbum.
// Item de nobilitate et ratione perfectionis est non
facere per plura quod potest fieri per pauciora. Sed quod est perfectionis
et nobilitatis est attribuendum primo principio. Ergo cum ipse

possit res producere sine aliqua alia que dicitur verbum. Videtur quod sine eo pro-
duxit. Quod autem pater possit res producere sine verbo probatur duplici
ratione, quarum una est ostensiva, alia ad impossibile. Prima ratio osten-
siva est hec. Constat quod pater per se ut persona existens in natura divina habet naturam
perfectam divinam. Ergo per se est omnipotens summum bonum et sapientissimus.
Ergo potest res producere cum hec sufficiant ad rerum productionem. Si
dicatur quod oportet quod intelligat se vel illa que habet producere, et si in-
telligit se et alia concipit et ideo producit filium vel verbum. // Contra
dicit Ric. 3 libro de trinitate 16 quod plenitudo sapientie et potentie in nullo modo
potest intelligi consistere in singularitate persone. Hanc autem non esset nisi in-
telligeret se et alia. Ergo etc. // Item secunda ratio ad impossibile ad ostendendum
quod pater possit res producere sine verbo est hec. Si pater non potest sine verbo,
ergo de se impotens est. Si impotens non est omnipotens. Si non omnipotens
non est deus. Sed hoc est inconveniens. Ergo inconveniens est quod non possit res pro-
ducere sine verbo. // Item que invicem non dependent ab alio non impe-
diuntur in suo actu per illius absentiam. Sed persone divine sunt perfec-
tissime non dependentes abinvicem. Ergo per absentiam alterius altera non
impediretur quin possit exire in actum creationis. // Item pater com-
muniter que precipit producit. Sed se ipso et absque alterius persone adminiculo
precipit ergo et se ipso creaturas producit non ergo presupposita pluralitate emanationis.
// Item augustinus 1 de trinitate capitulo 20 assimilat emanationem verbi dei
emanationi lucis. Sed in emanatione lucis non fit prius emanatio in-
trinseca. Ergo etc. // Contra dicit augustinus 6 libro de trinitate quod filius dei
est verbum perfectum cui non deest aliquid et ars quedam omnipotentis dei
plena rationum omnium viventium per quem deus fecit omnia que fecit. Sed in omni
artifice ars precedit artificiatum. Ergo in deo oportet quod verbum precedat
creata. Et per consequens productio verbi productionem creaturarum. // Item ultimum
principium potest aliquid producere nisi mediante eius operatione. Sed verbum
est potentia operativa patris. Unde dicit augustinus libro xxxiii questionum quod verbum
patris non solum dicitur relative ad patrem sed ad alia que per verbum facta sunt
operative potentia. Ergo numquam potuit aliquid creatum producere pater nisi per verbum.
Ergo oportuit eum prius producere verbum quam alia. // Item nullus sapiens
artifex agit nisi indisposite quod actum est (?). Alioquin [illegible]
agit et a casu. Omne autem quod casu fit temere fit secundum augustinum
libro 33 questionum questione 24 quod temere fit fit sine prudentia. Ideo ergo
cum deus agat cum prudentia agit omnia prius disposita. Sed non dis-
ponit nisi in filio, quod secundum basilium filio dei attribuitur quod
omnia agitavit et sapientia qua omnia disponuntur. Ergo necesse producere fi-
lium ante productionem aliarum rerum. // Responsio dico quod primum principium
ante productionem rerum a se differentium necessario producit verbum sibi equale
scilicet filium. Tamen circa istud aliter sensuerunt quidam philosophi, aliter quidam
heretici, aliter doctores catholici. Quia philosophi multi in huius cognitionis
indagine defecerunt. Multi heretici ab eius veritate devia-
verunt. Sed doctores catholici ad ipsius notitiam pervenerunt et
eam concorditer tenuerunt. Primo ergo dico quod multi philosophi in huius cogni-
tionis indagine defecerunt quia hoc primum principium omnium recte posu-
erunt et ipsum esse summum bonum infinitum eternum incommutabile et huius.
Posuerunt ei tria hec per appropriata scilicet unitatem veritatem et boni-
tatem et alia huius similia secundum rationem trinitatis. Et habuerunt tamen ad no-
titiam distinctionis personarum non pervenerunt. Nec per consequens ad hoc
quod primum principium ante productionem rerum produxit equale sibi verbum
scilicet filium. Unde dicitur Rom. 1 invisibilia dei etc. Dicit glosa
quod philosophi pervenerunt in cognitionem primi principii eterni et incommutabilis
et huius. Non autem in notitiam trinitatis personarum. Sed illa ideo
cognoscimus esse quod tribus personis in sacra scriptura solet distinctio

Questio ista potest accipi [illegible] intellectu-

attribui scilicet potentia sapientia bonitate. Huius autem defectus ut videtur
causa quod non deprehenderunt fecunditatem primi principii perfectam
nec rationem rerum a se differentium. Quos tamen ipsum primum principium dicitur re-
prehendere. Si ego qui aliis generationem tribuo sterilis ero,
dicit ipse. Non quod est primum principium oportet quod sit fecundissimum secundum omnem
modum fecunditatis perfecte. Ignorantia autem eorum ex hoc
pervenit quia aperte non potuerunt unitatem simplicitatis posse
consistere cum pluralitate distinctionis et ideo defecerunt philosophi ab
huius veritatis cognitione. Sed alia que spectant ad primum principium
ratione ex eius effectibus aliqualiter cognoverunt ut dictum est. // Secundo
dico quod multi heretici ab huius cognitionis veritate deviaverunt,
quorum quidam et si posuerunt in divinis nomina personarum, tamen earum
distinctionem negaverunt. Sicut sabelliani qui divinas personas
confundentes dixerunt eandem personam esse patrem et filium et spiritum sanctum.
Et isti non posuerunt verbum esse productum, cum non sit ipsum pater
causa (?). // Alii autem heretici posuerunt verbum scilicet non equale
immo creatum, sicut arriani qui posuerunt filium dei esse crea-
turam et tamen omnes alias creaturas per ipsum factas et tamen ipsum factum. Sic
patet per augustinum post omnes sermones 10 quos augustinus repetit idem. //
Alii autem posuerunt verbum quidem productum sed in tempore. Unde po-
nebant quod filius dei sive verbum non fuit ante incarnationem. Contra
quos specialiter scripsit beatus iohannes evangelium ut dicitur in glosa super
principium predicti evangelii. Unde dixit in principio erat verbum etc. //
Que autem fuerint motiva istorum errorum ad presens hoc di-
xisse sufficiat. Quia sabelliani moti sunt ex nimia divine
simplicitate et ideo negaverunt personarum distinctionem. Arriani autem
moti sunt ex personali distinctione inter filium et patrem et ideo ne-
gaverunt nature [illegible]. Alii moti sunt ex temporali nativitate
et ideo cum christus dicatur natus ex virgine non dixerunt christum fuisse di-
cunt ante virginem. Cum non potuit esse ante principium quod omnia sunt
huiusmodi implicationes sed ad presens sunt obmittende. // Tertio
dico quod doctores catholici omnes concorditer dicunt quod primum principium ad hoc
quod produceret res alias a se necessario prius produxit verbum sibi equale.
Et hoc probo sufficienter multiplici auctoritate et ratione. Et primo auctoritate
quorundam philosophorum. Secundo quia maior est auctoritate sanctorum. Tertio quia est maxima
auctoritate sacre scripture ut in ore duorum vel trium testium stet
omne verbum. // Quod ergo necesse sit ponere verbum vel filium eo modo
nisi et per ipsum mundum esse factum apparet. Hoc senserunt quidam antiqui
philosophi et maxime platonici qui posuerunt patrem et filium primam per-
sonam ita tamen quod unum ab alio et ideo unum dixerunt patrem alium
filium et utrumque deum ut refert augustinus x libro de civitate dei xxiii.
viii et libro 12. Platonem per alios conditum dicitur a multo tempore
fuisse (?). Sed excellentiorum ingeniorum fuisse maxime quod
ad cognitionem divinorum. Unde refert ipsum platonem in summo
de constitutione mundi composuisse scilicet in principio creavit deus celum
et terram. Sed aliis verbis. Et alia que ponuntur de dispositione elementorum.
Et non solum hoc immo quod est maxime mirandum refert augustinus in libro
confessionum c. viii se invenisse in libris platonicorum principium evan-
gelii iohannis usque ad illum locum verbum caro factum est, sicut patet
inspicienti. Unde istud initium evangelii dicebat quidam platonicus
aureis litteris esse conscribendum et in locis eminentissimis esse ponendum
ut refert augustinus x libro de civitate dei 29 capitulo. Ex hiis ergo ad nostre
fidei confirmationem possumus recte concludere tam patrem et fi-
lium verbum eius esse utrumque eternum et primum eorum principium. Et tamen verbum

habet esse ex patre. Necessario consequitur patrem prius filium vel verbum genuisse
quam mundum vel creaturas produxisse. // Secundo hoc idem et veritas ma-
nifestatur ex auctoritatibus sanctorum. Dicit enim augustinus libro de fide [illegible] quod
deus pater omnipotens omnia per verbum suum creavit. Ipse enim unigenitus
filius dei non factus est a patre quia omnia per ipsum facta sunt. Deus enim
cum verbum genuit id quod est ipse genuit et per ipsum omnia disposuit.
Ex hac et multis aliis sanctorum auctoritatibus quas propter prolixitatem
vitandam obmitto ostenditur verbum esse principium omnium rerum sine
quo res existere non potuerunt. // Tertio hoc idem ostenditur
ex auctoritatibus sacre scripture et principaliter per iohannem 1o. In principio erat
verbum etc. Et mundus per ipsum factus est. Super quem locum
ostendit augustinus omnia creata esse per verbum nec posse fieri nisi per verbum.
Unde loquens contra arrianos dicit: Si verbum dei factum est per quod aliud verbum
factum est. Hoc autem nullus [illegible]. Non necesse est fieri per verbum quod
quidem factum est et ita necesse omnia creata facta esse per verbum et ideo necesse fuit
prius produci verbum quam creaturas. // Item ad hebreos 1 quem constituit
heredem universorum per quem fecit et secula. Sic per illum in quo omnia dispo-
suit. Unde hebreos xi: fide intelligimus aptata secula verbo dei.
Hiis et huiusmodi auctoritatibus ostenditur deum per verbum fecisse omnia creata tamquam
per principium sibi equale. Sic ergo multis auctoritatibus ostenditur verbum prius necesse
esse productum quam res fuerint create. // Tertio hoc idem ostenditur multis rationibus,
quarum prima sumitur ex parte productivitatis primi principii et huius excellentissime
et sufficientissime fecunditatis in producendo. Que talis est. Cum
quod est perfectionis nobilitatis et perfectionis modo invenitur ideo quam in aliquo
alio. Sed producere sibi simile in natura et virtute est perfectionis in creatis
patet. Ergo nobilitatis et perfectionis modo est ponendum ideo quod est summa causa
et primum principium omnium maxime. Plato per philosophum in libro de celo et mundo. Unde sic
ait: deum omnium creatorem constitui eminentiorem proprietatibus corporum
que sunt creata. Sic et dicit magister sententiarum libro 2 distinctione [illegible] et hugo libro
de sacramentis parte v capitulo xv. Item Ric. p. xvi est ultimo
de trinitate dico quod solus deus est universaliter perfectus. Universaliter autem
perfectum dico esse cui nihil perfectionis deest et ad quem universa bona
pervenerunt. Ergo pater ex sua nobili fecunditate produxit sibi simile in
natura et virtute. Quod quidem quia infinita per se sufficit et instantia p-
dicit. Quia secundum philosophum ut agit in tanto tempore et maius in
minori et maius in minimo et infinita in nullo id est in instanti. Quia nihil statim
ut potest agit. Et sic filium ab eterno produxit. Ulterius sic
dicit avicenna in sua methaphisica [illegible]. Patet quod agens nobile quod
dat tale esse quale ipsum est et quale ipsum non est prius dat quale ipsum
est. Et hoc nisi sit defectus ex parte ipsius. Sicut patet de igne quod prius dat
esse quale ipsum est ut calorem esse igneum vel calidum quam esse quale
ipsum non est ut esse nigrum. Cum ergo pater ex sua nobili fecunditate
det esse quale ipsum est ut filio det et esse quale ipsum non est ut creatis
que suum creatorem imperfectissime representant. Prius dabit esse quale ipsum
est filio scilicet producendo quam esse quale ipsum non est scilicet mundum creando.
// Secunda fuit ratio ex parte verbi generati et quantum ad hoc potest
formari ratio duplex. Quarum prima sumitur ex eo quod dicitur in intellectu
verbum secundum principalem. Secunda ex hoc quod dicitur intellectum generans (?).
// Prima ratio talis est. Verbum dico quamdam similitudinem rei intellecte principaliter. 2
in acie intelligentie rem ipsam exprimentem similitudine ex con- intellectam
versione intellectus sive rei intellecte. Unde dicit anselmus libro monologion
x capitulo illa similitudo que est in acie mentis rem ipsam cogitantis expri-
mens dicitur maxime proprie et principaliter rei verbum. Cum ergo pater intellectus
est ab eterno intelligit se et producit alia intelligendo se necessario
concipit suam similitudinem ante rerum productionem et ideo ab eterno generat
verbum suum ipsi intelligentis vel cogitantis expressivum. Et ante
quam produxit mundum [illegible] et sic ab eterno verbum produxit.

potest autem ro in tacta confirmari per auctoritatem ans. l. monol.
xxiij. ubi sic ait necesse est summum spiritum sicut ipsum intelligere alio
quin summe sapiens non esset. Secunda ro talis est. de intellectu
ubi divino qui gerit rationem principalis est dispositio omnium agendorum.
quod sic probat ans. l. monol. 33. per totum ubi dicit se et omnia
dicunt ~~ipse perfecte~~ ipse perfecte usque ad 34. quod sic expedio
se potest accipi. verbum est expressa similitudo patris perfecte ipsum
representans. ergo cum in patre sit omnia que facta sunt. tamquam in summa
sapientia. et summa ydee omnium et fuit. necesse verbum quod perfecte ex
primit patrem est non solum similitudo representativa patris sed et omnium
fiendorum. apparet. propter quod dicitur est pater ab eterno generando filium
omnia in eo disposuisse. si ergo constat quod pater per suam sapientiam
mundum produxit. necesse suam sapientiam aspexit et intellexit antequam
mundum produxerit. sed sapientiam aspiciendo et intelligendo verbum
genuit. verbum autem generando sui perfectam similitudinem expressit.
et in similitudinem sue sapientie et in dispositionem omnium disposuit. et
ideo necesse ante mundi productionem ad minus ordine nature etsi
si mundus fuisset eternus. mundum ipsum in verbo disposuit.
ad hunc autem rationis confirmationem est auctoritas aug. q. ad orosium
sit autem q. xxiij. dilecto di(xi) verbum est. verbum enim verbum genitum
pater. coeternum et equale sibi in quo omnia disposuit. 3o
sumitur ro ex parte mundi creati. mundus autem est productus a deo. ut
aliquid extrinsecum. et ut ipsius primi principii representativum
sive expressivum. et secundum hoc potest formari ro duplex. prima ro
talis est. omne agens nobile perfectum et actuale prius pro
ducit aliquid sibi intrinsecum quam extrinsecum. sicut patet de igne
et de sole qui sunt duo agentia nobilissima. et in nobis ipsis hoc
experimur. prius enim verbum intrinsecus concipimus. quam verbum sensibile
extrinsecus proferamus. sed deus est agens nobilissimum perfectum et actuale
ergo prius produxit verbum sibi consubstantiale intrinsecum quam mundum
qui est quid extrinsecum. et hec ro potest confirmari per hug. de sacramentis
i. l. parte 3. c. xx. 2a ro talis est. res que est imperfectum
reducatur ad perfectum. sicut imperfecte calidum ad perfecte calidum
et potentia calidum ad perfecte calidum. unde dicit boe. l. de consol.
quod omne imperfectum ab aliquo perfecto sumit originem. et ideo quod est perfe
ctum est ante [illegible] per prioritatem secundum prius et posterius. secundum philosophum
2o meth. ergo id quod est imperfecte et partialiter representativum
summi principii. oportet necesse reduci ad aliquid. quod perfecte simpliciter et perfe
cte sit representativum ipsius primi principii. sed omnis res que est talis a
ab ipso deo est talis. ergo necesse oportet ponere aliquid quod ipsum primum
principium representet. perfecte perfecte et simpliciter. hoc autem est verbum eius. ergo
necesse omnia creata presupponunt verbum dei. tamquam id ad quod omnia
ultimate reducuntur. Quarto sumitur ro ex parte modi producendi
utrobique. verbum enim producitur per modum nature. mundus vero per
modum voluntatis. Item filius per modum operis nature. sed mundus per
modum operis artificialis. et secundum hoc duplex est ro. prima talis.
propter prioritatem fecunditatis nature prius fecunditatis voluntatis. oportet filium
qui procedit ex fecunditate nature precedere originaliter spiritum sanctum qui procedit
a(b) actu fecunditatis voluntatis. secundum quod dictat ro pura et tenet fides
catholica. sic enim secundum ~~modum~~ intelligendi rationem. intellectus naturaliter precedit
voluntatem. et fecunditas nature fecunditatem voluntatis sic dicit. Ric. l.
de trin. et per hoc per consequens procedens ex fecunditate nature. scilicet filius
originaliter precedit personam procedentem ex fecunditate voluntatis

ita quod non solum illam precedit sed et ipsam originaliter producit. licet utraque
sit coeterna et equalis principio a quo procedit. ita quod nullo modo
potuit intelligi productio spiritus sancti non prius intellecta productione filii.
et hoc propter completissima perfectionem fecunditatis ipsius nature vel nature fecunditate
ergo multo fortius illa productio verbi propter perfectionem illius nature fecunditatis ex
qua procedit. necesse originaliter et naturaliter precedit productionem mundi.
que imperfecte et deficienter ab illa voluntatis fecunditate procedit.
2a ro est ista. omne artificialiter productum. producitur per ar
tem et per conceptionem agentis. conceptio autem est per similitudinem rei. que quidem
est preconcipientis verbum. verbum liber autem producitur non presupponit aliquid per
quod producatur. ergo cum mundus productus fuit a deo per modum artis
et per conceptionis. similis ipsi et talis ars et per conceptio sit verbum eius. non
mundus aliter potuit produci. constat quod mundus non potuit pro
duci. non producto verbo. Et hec veritas confirmatur per hoc quod dicit aug.
6. l. de trinitate c. vi. filius dei in quo est ei verbum perfectum. cui non
desit aliquid. ars quedam omnipotentis dei plena omnium rationum vi
ventium. unde novit deus omnia que fecit. per ipsam. omnia enim arte divina
facta sunt. et cetera. Confirmatur etiam per ans. l. monol. ix. ubi sic
ait. nullo pacto fieri potest aliquid ab aliquo nisi in ratione agentis
precedat aliquid quod rei faciende exemplum. hec et dicit idem x c.
patet ergo ex predictis primum principium necesse prius produxisse verbum sibi consubstantiale
scilicet filium. antequam produceret mundum. et hic est unus modus solvendi ad questionem.
Nunc ad questionem secundum alium modum solvendi. et dico quod extra
naturam creatam in deo necesse presupponit emanationem divinarum personarum.
Ad hoc autem ostendendum sic intendo procedere. primo ostendendo
quod in deo sit summa simplicitas. 2o quod in deo sit personarum
pluralitas. 3o quod hec pluralitas est eterna. 4o quod hec plu
ralitas est in per emanationem unius ab alio. 5o ostendendo emana
tionis modum. ex quibus apparebit veritas conclusionis. hec autem omnia
intendo probare supponendo unam communem conceptionem de deo. quam
credo quilibet concedit. hanc scilicet quod in deo est summa perfectio. hoc ergo
supposito sic procedo. ad ostendendum primum. ubi est sum
ma perfectio. non esse potest quod imperfectionem includat. cum ergo omne
corporeum et materiale imperfectionem includat. non in deo esse potest cor
poreum. sive materiale. consequitur ergo quod deus sic spiritus non possibilitatis hu
ius admixtus. Ex hoc autem sequitur ulterius quod sit summe intellectualis potens
et libertatis sic. quanto aliquid magis elevatur a possibili
tate efficitur potentie intellectuali et liberali. cum ergo deus non habeat
possibilitatis admixtum immo sit actus purus. erit potentissimum in
tellectualissimum et liberrimum. est ergo in deo summa sapientia potentia et li
bertas. Item ubi est summa potentia et sapientia non potest esse aliqua potentia quam sapientia. quia
si esset aliqua sapientia aliqua potentia possibilis remanere potentia sine sapientia. et sic esset potentia
insipiens et sapientia impotens. et sic neutra summa. eadem
ratione non est aliqua eternitas quam potentia quam sapientia quam libertas. quam et cetera que sibi ad
tribui possunt. convincitur ergo quod omnia sunt unum quod sic est summe
unum. nam alias non essent summa. sed ubi omnia que sunt summe
unum sunt. nulla est compositio. et ubi nulla compositio summa simplicitas
est. ergo in deo summa simplicitas. Secundo ostendo quod sit ibi perso
narum pluralitas sic. ubi est summa perfectio non potest deesse summa caritas.
cum ergo in deo sit summa perfectio. est in summa caritas. tunc
suppono quod caritas de sua natura est apta nata ferri in
alterum. unde hoc. non enim amor esse ut per eum coniugatur et caritas

et feratur in alterum. aut sic. Nichil est summe perfectum quod
in summo non habet id quod aptum natum est habere. sed caritas est apta nata
ferri in alterum. ergo non est summa nisi per eam huius feratur in alterum.
summo amore. cum ergo in deo sit summa. summo amore per eam
deus diligit alterum. Dico in quod non possit taliter diligere nisi divinum
sic. quantumque non summe diligibile summe diligitur. dilec
tio est inordinata. sed nihil extra divinum est summe diligibile. ergo quan
documque extra divinum aliquid summe diligitur. dilectio est inordinata.
tunc sic dilectio summe perfecta. nullo modo potest esse inordinata.
sed in deo est dilectio summe perfecta. ergo nullo modo inordinata. ergo nullo
modo summe diligens nisi divinum. sed supra probatum est. quod summe diligit
alterum. ergo necesse sequitur quod ille alter sit deus. sed non est nisi unus deus. ergo
oportet quod in deo sit unus et alter. quorum uterque sit unus deus. unus diligens
alter dilectus. Sed idem hoc sic. sicut amor est diligere alterum.
sic etiam est velle ab alio diligi. ergo ad hoc quod summe perfecta sit caritas.
talis debet esse iste dilectus. ut sicut summe diligitur. summe di
lectionem rependat. summe dilectionem rependere nequit nisi
sit summus et per consequens deus. Sic ergo probatum est quod uterque sit deus.
Item eodem modo ostenditur debere esse. 3a persona sic. summe
caritati non potest deesse quod non in caritate est melius. sed optimum
quod unum esse in caritate. est ut qui summe diligit. summe velit
ab alio diligi. magne enim infirmitatis est indicium. non po
sse pati consortium amoris. ut ait Ric. de trinitate. sed hoc esse
nequit non solo duo persone sunt. diligens scilicet et dilecta. ad hoc ergo
ut summa sit caritas oportet ut quilibet horum duorum. summo
studio requirat condilectum. et conlatum. Et sic ad hoc quod sit
in caritas summa. necesse est. 3as esse personas. et sic probatum est
in divinis esse personarum pluralitatem. Tertio ostendo quod est eter
na. sic. probatum est supra in deo esse summam simplicitatem. in ar
guo. ubi summa simplicitas nulla varietas. sed ubi de novo
aliquid advenit adest variabilitas. ergo oportet ut in deo non
de novo adveniat. sed utcumque non de novo advenit
quicquid in est eternaliter est. ergo cum in deo pluralitas sit esse personarum
pluralitas. oportet eam eternaliter esse. Item ubi summa perfectio non
ad esse accrescere potest. sed deus ab eterno est summe perfectus. ergo ab eterno
non sibi accrescere potest nec potuit. Quarto ostendo quod hec
pluralitas est in per emanationem unius ab alio sic. ubi summa caritas
est. in summa connexio. et ubi summa connexio. summa germanitas.
sed in personis divinis ut probatum est. summa caritas est. ergo est in sum
ma germanitas. sed non potest maior esse germanitas. quam inter
personas producentes atque productas. ergo oportet ut hoc modo adinvi
cem se habeant. ut sint producentes atque producte. et sic
sunt in per emanationem unius ab alio. Item ubi summa perfectio. nec
perfectionis deesse potest. ergo oportet ut natura divina. cum sit perfectissima.
nichil perfectionis desit. sed fecunditas spectat ad naturam perfectorum.
ergo oportet ut natura divina sit fecundissima. sed quicquid in deo quoniam non
ad intrinseca ponitur possibile esse. potest oportet in actu. eo quod supra pro
batum est. esse divinum non habet possibilitatis admixtum. oportet ergo in esse e
manationem. posita fecunditate. Item probatum est quod in deo est sum
ma simplicitas. sed ubi summa simplicitas summa communicabilitas. et nulla
diversitas. ergo oportet ut natura divina. sit summe communicabilis in se. et
sic oportet ut in aliquibus illis tribus sit omnino eadem. et communicata. sed quod est in
pluribus per communicationem. est in per emanationem. ergo et cetera. Quinto
ostendo communicationis modum sic. Quandocumque aliquid emanat

ab alio. necesse est primo intelligere a quo emanat. quam quod emanat. cum
ergo in personis divinis. una emanet ab alia. necesse prius intelligere illam
a qua emanat. sed probatum est hoc non posse esse ordine nature. durationis
ergo oportet ut ordine nature vel intelligentie. est ergo una prima in divinis
persona. a qua emanant cetere. et que nullam generat aliis. Tunc
sic. Quicumque generat aliquid alterum. aliqua sua actione generat. sed
ergo persona divina generat naturam divinam alteri. aliqua sua actione generat.
sed probatum est supra quod deus est intellectualis natura. ergo oportet ut generet ac
tione intellectualis nature. sed intellectualis nature duplex est actio. intelligere
scilicet et velle. ergo oportet ut altero horum. Dico in quod prima persona producat
per intelligere. sic. horum duorum actuum alterum oportet esse naturale. sed
non potest esse velle. relinquitur ergo quod intelligere. quod non velle pertinet ?
natura actus naturalis immediate. immo naturam complet ac perfecte. sed velle non
in est immediate nature intellectuali. immo mediante intelligere. ergo cum in
telligere sibi immediate insit est naturalis actus. Tunc arguo. probatum est
quod prima persona generat naturam. et ex fecunditate nature. et per aliquam sua
actionem. Tunc sic. Quod communicat naturam ex fecunditate nature generat
eam per actum nature. sed prima in divinitate persona generat naturam divinam ex fe
cunditate nature. ergo generat eam per actum nature. et hinc habetur quod sicut
causa nature sit pater. cum communicatur nature sit filius. quia talis generatio dicitur
missio ? generatio. quando scilicet aliquid procedit ab alio. in similitudine nature et
per naturalem actum. Item ubi summa perfectio nulla potest fieri additio.
sed in actu divini intellectus est summa perfectio. ergo nulla potest fieri sibi ad
ditio. oportet ergo ut quod procedit per actum intellectus. hoc in se omnem rationem
intellectualis. in quo quicquid est intelligibile ibi contineatur. sic ergo est verbum
ars plena. et exemplar omnium rationum viventium. Ulterius quia
probatum est supra. quod summa potentia sapientia libertas et cetera. non sunt aliud quam
summa eternitas. sive natura. et filius per actum intellectus sive per generationem
nature. generata est summa eternitas. per consequens summa potentia. summa sapientia
et cetera. et illa eadem quam pater habet. et ideo est idem deus. idem omnipotens.
et cetera. in quo est omnino unum cum patre. excepta relatione. ut non idem dici
possit. id quod scribitur in Io. omnia que habet pater mea sunt.
Considerandum nunc ulterius. 3a persona per hunc modum procedere possit.
et ostendit quod non tali ratione. Non possunt plures esse persone nisi sit ad in
vicem distinctio. sed si 3a persona per hunc actum a prima procederet. non di
stinguerentur a se. ergo non esset alia persona ab ista. probato assumpto. probatum
est quod in illo differt filius a patre. non quia pater naturam divinam habet a se et
tota cum filius. filius a patre recipit eandem. nichil ergo habet per quod constitua
et sic verum esset dicere quod volumus quandocumque intelligimus, sicut est [illegible] ut habetur ex 3 de anima. Sic ergo patet quod sola voluntas est libera, quod bene probant auctoritates adducte ad partem istam. Ad primum argumentum in contrarium dicendum quod non valet, quia potentie non sunt in se [illegible] in ratione potentie sed in ratione essentie, et ideo ad potentiam unum convenire [illegible], sed ratione potentie quod non convenit alteri, ut visive potentie videre, quod non convenit auditive. Dissimile cum voluntas sit potentia ab aliis distincta, sub ratione potentie ad sibi pertinere competere sub tali ratione quod non convenit aliis, sicut quod sit subiectum caritatis, et intellectui quod sit subiectum scientie. Similiter intellectui convenit quod sit potentia apprehensiva, et voluntati quod sit libera. Ad secundum dicendum quod non equaliter necessitatur intellectus et voluntas respectu finis. Nam intellectus cogitur ab obiecto ex evidentia rei; voluntas vero respectu finis necessitatur et libere, quia a creante habet inclinationem qua ipsa determinat se ad volendum finem, nec cogitur ab obiecto vel a potentia vel a creante, sed ipsa immobiliter libere tamen ad hoc se determinat; non sic autem intellectus, ut patuit in corpore questionis articulo 6. Et si dicatur quod non potest se determinare, quia iam esset melior se ipsa, et ita sequitur quod in ea sint due potentie, sicut est intellectus agens et possibilis, dico quod primum non sequitur, sed bene sequitur quod in ea est una ratio melior alia, quia ratio qua se determinat est melior quam illa qua determinatur. Secundum etiam non valet, quia non est simile de intellectu et voluntate, quia intellectus possibilis dicitur ratione cuius est omnia fieri, non quidem a se ipso sed ab alio, scilicet ab obiecto; ideo est alia potentia ab agente, scilicet per aliam rationem, sed non per aliam. Sed in voluntate non est dare rationem cuius possit dici esse in ea omnia fieri ab alio, sed tamen a se ipsa. Et cum dicitur preterea in argumento quod melius est intelligere quam diligere, quia diligere ea que sunt ad finem, respondeo per interemptionem quod non est verum, quia melius est per voluntatem ea ordinare ad finem quam solum intelligere ea. Et ideo dico quod voluntas respectu eorum que sunt ad finem est simpliciter melior et nobilior potentia. Melius enim utique per voluntatem eis quam intelligere ea, et licet contingat peccare circa ea, hoc non concludit potentiam minus nobilem, quia loquimur de eo quod est per se ipsum bene ordinata. Ad tertium dicendum quod Philosophus 10 Ethicorum dicit quod ille qui est felix est summa felicitate [illegible] propter rationem non vocatur nunc propter rationem intelligere, sed potius bene velle et bene operari, cuius probatio est quia ex 1 Ethicorum finis illius scientie non est ut sciamus, sed ut boni fiamus. Scire enim parum prodest ad virtutem, sed bene operari multum, ut habetur 2 Ethicorum c. 4. Unde in ratione comprehendit potentias volitivam et intellectivam et actus earum. Ad quartum dicendum quod voluntas est simpliciter indeterminata. Primo modo per indifferentiam potentie ad contrarios actus, scilicet ad posse velle vel nolle. Secundo modo est indeterminata per indifferentiam actus respectu unius obiecti, sicut ad velle hoc vel nolle vel non velle. Tertio modo est indeterminata per indifferentiam actus respectu plurium obiectorum, sicut est indifferens ad volendum hoc vel illud, sicut visus ad videndum album vel nigrum vel medio colore coloratum. Sciendum est ergo quod nulla alia potentia a voluntate elicit actum suum nisi prius determinetur aliqua alteratione facta ab obiecto in ea, ut patet in intellectu et sensu per species apprehensas, et in appetitu sensitivo per passiones; sed passio non causatur ex apprehensione nisi ex ea sensitivo quod non, sed post apprehensionem virtus alterativa cordis alterat organum appetitus ad generandum dictas passiones, ad quas sequitur necessario ratio appetitiva. Virtus autem volitiva habet ex se determinationem suam ad actum eliciendum, scilicet libertatem, quia respectu finis determinat ad volendum tantum, respectu aliorum determinat ad volendum vel nolendum vel non volendum. Primo et tertio modo indeterminationis determinatur ab appetitu divino vel habitu acquisito vel infuso, sive virtuali sive vitioso, vel obiecto. Secundo autem modo voluntas a nullo determinatur ad actum suum nisi per propriam libertatem. Quod ergo dicitur in argumento quod est indeterminatum ratione, verum est de illo quod sit indeterminatum quod non habet determinationem suam in se, sicut sunt alie potentie a voluntate. Et quod additur quod voluntas determinatur ab intellectu, dico quod verum est sicut causa sine qua non presentando bonum quod est obiectum voluntatis; sed adhuc postquam bonum est cognitum voluntas remanet indeterminata ad volendum id vel nolendum vel non volendum, nisi sit bonum ultimum, in quo ex summa complacentia libere fertur nec potest avelli. Et si arguatur contra hoc quod id quod est determinatum ad unum non videtur esse liberum, sed talis est voluntas que determinata ad finem, respondeo dico quod finis se habet in appetibilibus sicut principium in speculabilibus, ex 7 Ethicorum. Ideo sicut principia sunt per se et naturaliter nota, ita finis est naturaliter et per se volitus, et ideo finis ultimus determinate cognitus non potest non appeti. Propter quod voluntas in quemcumque fertur, fertur in quantum habet aliquam similitudinem huius summi boni, et ideo necessario fertur in bonum existens vel apparens, et nullo modo in malum, ut patet per Dionysium 4 c. de divinis nominibus. Nec hoc derogat libertati, quia non fertur in bonum per impetum naturalem precedentem motum voluntatis et ipsam voluntatem impellentem, sicut in appetitu bruti, sed complacentia voluntatis precedente et naturali impetu concomitante, quia voluntas est instrumentum se ipsum movens, tamquam primum principium sui motus. Unde voluntas libera in beatis nunc est inobediens voluntati quam sua complacentia; concomitatur impetum necessario ipsum finem determinate et perdurante consensu, a quo non potest se divellere, quia continet omnem rationem boni in presentia actuali, quod licet prius apprehendatur sub ratione unius ipsius boni, sub quo multa bona continentur, quorum nullum habet in se rationem omnis boni, ideo voluntas potest velle quodlibet et a quolibet se divellere. Ad quintum dicendum quod voluntas tripliciter comparatur ad actum volendi: uno modo negative, et sic est non velle, negando actum et obiectum, ut in sompno; secundo modo affirmative, respectu actus et obiecti, ut velle aliquid; tertio modo privative, scilicet affirmando actum et negando obiectum, ut nolle aliquid. Dico ergo quod quandocumque intellectus est in actu, voluntas est in actu, ita quod tunc non se habet negative ad actum, sed in libertate sua est an se habeat ad actum affirmative vel privative. Unde ostenso obiecto quod est bonum apprehensum propter rationem, voluntas libera est ad volendum vel nolendum, nec necessitatur vel violentatur nec ab obiecto nec ab intellectu, ut dictum est; requiritur tamen actus intellectus sicut causa sine qua non. Ad sextum dicendum quod voluntas et intellectus regunt aliter et aliter, nam voluntas regit ut imperator, intellectus vero ut iudex. Omnes enim voluntatis regulas iuris naturalis et divini [illegible]; alie vero potentie sic. Simpliciter ergo ad intellectum pertinet regere per modum consilii, ad voluntatem per modum imperii, que libertatem habet ut imperator sequi vel non sequi consilium rationis; et hoc modo veritatem habet quod dicitur quod ad liberum pertinet regere, quod enim regit per modum consilii non propter hoc est liber. Et cum additur per modum quod ratio regit appetitum, dico quod verum est quod ratio regit ipsum per modum consilii, et appetitus regitur non quidem intellectivus sed bene sensitivus, et quod talis sit intentio Philosophi apparet per id quod ipse ponit; dicit enim quod anima corpori despotico principatu, intellectus vero appetitui politico et regali, in quibus est manifestum quod secundum naturam est et expediens corpori regi ab anima, et passibili, id est appetitui sensitivo, qui subiacet passionibus, ut communiter exponitur, ab intellectu et parte rationem habente. Hic vero distinguit inter intellectum et partem habentem rationem, que est appetitus intellectivus. Tunc enim optime regitur appetitus sensitivus quando regitur ab intellectu per modum consilii et a voluntate per modum imperii. Ad septimum dicendum quod maior est falsa. Nam non posse a sua dispositione immutari magis arguit necessitatem quam libertatem, sicut patet de gravi et levi respectu descensus vel ascensus. Ad probationem eius dico quod minus posse immutari a sua dispositione facit duplicem intelligentiam: uno modo dicitur per violentiam et coactionem, alio modo per inductionem et suasionem. Primo modo verum est quod minus potest potentia libera, non tamen secundo, et hoc non arguit illibertatem. Unde voluntas magis potest immutari a sua dispositione per modum voluntarie electionis, quod est ex parte sua, et per suasiones seu allectiones, que est ex parte obiecti; intellectus autem immutatur per modum coactionis. Et quod dicitur de moribus et angelis beatis, dico quod illa immutatio non est facta per modum coactionis, que libertatem excludit, sed per modum libere electionis, quod voluntatis libertatem non excludit. Ad ultimum dicendum quod maior sane intellecta potest concedi; minor est falsa. Ad probationem dico quod posse statim in suum actum exire non facit libertatem in potentia, quia sic ignis, cum statim possit comburere presente combustibili, esset liber; sed hoc facit propter libertatem, quod sub potestate potentie sit iste actus vel suus oppositus, quod non potest dici de intellectu sicut de voluntate, quia non est in potestate intellectus intelligere vel non intelligere presente obiecto. Ad exemplum dico quod viator statim quando intelligit deum potest eum diligere vel nolle diligere, licet perfectius possit in patria. Non enim modo provolat intellectus, sed tardius sequitur [illegible] affectus. Et quod dicitur de demonibus, dico quod demones intelligunt deum esse diligendum, non tamen possunt diligere, et hoc quia non volunt, nec coguntur ad oppositum, sed ipsi voluntarie se averterunt a fine ultimo et contra ipsum constituunt finem ultimum, cui inseparabiliter libertas adheret.

[illegible]

121

[illegible]

122

[illegible]

123

[illegible]

Sic ergo patet quod res primitivorum omnium de attributis ... mutatione ... in ipso ... insinuat Augustinus ... dicit: Intelligamus deum si possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ presentem, sine habitu omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione omnia facientem ... quisquis deum ita cogitat, et si nondum potest omnino invenire quid sit, caveat tamen quantum potest de illo sentire quod non sit. Ad primum argumentum dicendum ...

[illegible]

Sextum q libr.

128

respondeo per primam ad 2m. quod et si totalitas esset in isto
vel aliqua creatura non tamen diceretur infinitum attingens. et hoc
verum est. sed tamen creatura intendens non non solum est infinitus quod
universitas vel aliqua creatura eciam totalibus diceret infinitatem. immo
impossibile quod secundum aliquid sit infinitatis eius expers. Ad 3m dicendum quod
duplex est esse quod dicitur essencie et actualis existencie. et est duplex
et rei cognitio. una per ipsam rem obiective in se. alia in sua
exemplari. primo modo artifex cognoscit domum factam. 2o facienda. primus
modus cognoscendi est proprius intellectus creati. secundus soli deo convenit
intellectus non intellectus creatus cognoscendo se ipsum obiective. in se obiective
cognoscat alia a se. quod est cognoscere 2o modo. immo oportet ut
representetur ei ut obiectum. primo modo essendi et cognoscendi non est proprio
quod repugnet eternitati etc. alias non. Et per hoc patet difficultas
qua arguunt aliqui sic. quicquid deus potest facere mediate non potest
facere immediate. et sua factio non requirit successionem. sed in
finita homines sunt factibiles anima per successionem. ergo potest deus facere
infinitos simul. si simul noviter eos. alias vero quod non nosce-
ret. Et est dicendum quod quicquid sit de veritate huius tamen ratio non cogit
quia res habent esse incognitionem dei. non secundum naturas suas sed secundum naturam
dei. eternitas autem non convenit rebus non secundum naturam ipsarum rerum. non
autem est ingens. quod aqua generat calorem. secundum naturam dei. sed non dat ei
secundum naturam suam. et hoc est propter necessitatem illius excellentiam. secundum naturam suam
et tales eius repugnant eternitas simul quod eius consequens secundum naturam propriam. non
tamen repugnet eis et infinitas cognoscentias simul quod eius consequens secundum naturam.

q.q.q. 2 Utrum omnes res habeant ydeas in deo. Et videtur quod sic. quoniam
id habet propriam ydeam in deo. quod per se habet esse secundum ymitationem
alicuius divine essencie. quia ydea in deo non est aliud quam divina essencia
ut est ratio secundum quam creata deus ymitatur. sed quelibet res creata habet
per se esse secundum ymitationem divine essencie. quia non est nisi quedam eius similitudo
et esse eius non est nisi quedam ymitatio divini esse in genere omnis creature
nisi est aut quod ymago vel vestigium dei. ergo etc. Contra secundum augustinum
in epistola ad nebridium. sic una est ratio mensurandi omnes triangulos
in quantum trianguli sunt. sic una est ratio ydealis omnium hominum in quantum ho-
mines sunt. sed non est nisi una ratio simpliciter mensurandi omnes tri-
angulos. secundum philosophum in fine 2i physicorum. ergo non est nisi una ydea omnium
hominum. Hic primo considerandum est quid sit ydea. secundo
investigandum est quid querit quo. De primo dicit augustinus 83 questionum
q. 46. sunt namque ydee principales quedam forme vel rationes
eterne. que divina intelligentia continentur. secundum quas formatur omne
quod oritur. et quarum participatione fit ut sit quicquid est quod
est. participatione est dico non necessario vel essencie ydee participatione
quemadmodum individuum participat speciem. sed ymitatione tantum.
sicut exemplum participat formam exemplaris. Circa 2m sciendum
quod eorum que sunt in creaturis. quedam sunt res aliquid naturales. quedam vero in-
tenciones secunde. intellectus sive rationis esse res. quedam vero forme
artificiales que per violentiam habent esse. et similiter in similia vero na-
lium secundum genus suum. media dicitur distantia duobus generibus entium de
quibus non habent ydeas proprias in deo. sed solum ydeas rerum naturalium.
esse quas sunt. et per ipsas simplices cognoscat deus omnia
que possunt fieri. esse illas ab intellectu vel ab arte. et hoc ideo quia
omnes intenciones secunde formaliter sequuntur rationem que imperant rei illi
esse quam considerant. et similiter forme artificiales. que solum
consistunt in ordine partium rerum naturalium. que non est nisi quedam relatio
relatio autem sive relationis in quantum huiusmodi propriam ydeam non habent ut inferius
dicetur. Rerum autem naturalium. quedam sunt absoluta per se
et ad se ipsas. quedam non sed ad aliud solum. De primo modo rerum
sunt res predicamenti substantie quantitatis et qualitatis solum. De 2o
sunt res aliorum. scilicet predicamentorum. quorum quia non est alia rea-
litas propria alia a realitate aliorum trium generum supra
que fundantur ut inferius ostendetur. ideo dico generaliter quod non habent
proprias ydeas alias ab ydeis eorum. Rerum autem naturalium
que sunt per se et ad se ipsas. quedam sunt essencialiter ut que sunt
per se et ad se. quedam accidentaliter. De primo genere sunt tantum gene-
rationes et essencie specifice. et propter hoc specialissime. De 2o
genere quedam sunt accidentaliter per se et ad se et hoc vel a propria
intellectus sunt considerate in natura communi specifice et abstracta
ab illa. ut individues per materiam generantur et diversificantur. ut alius et socrates
in homine. vel ope agentis supernaturalis vel supernaturalis. sicut in natura
essencie specifice sunt ideo producte. ut sunt individua sub
ipsa contenta. et utroque modo non habent ydeam ideo. quod se
accidentaliter. cuius ratio est quia genus et individua non dicunt nisi rem eandem
quam dicit species. differentem solum secundum rationem completi et incompleti.
ydea autem non est rei nisi sub ratione completa in natura. et essencia
que non est nisi in specie specialissima. similiter nec individua sub specie
addunt aliud super essenciam speciei ad id quod est reale in ipsa. sive
sit forma tantum ut in angelis. que non differunt nisi sicut diversa
natura et determinata. sive fuerit composita ex materia et forma. sed
autem sunt in duplici genere. quia quedam est forma simpliciter specialis sub
qua plures secundum numerum non sunt nate fieri. una secundum numerum nec ego
ut forma hominis in quantum homo. quedam vero alia est sub qua plures secundum
numerum nate sunt fieri. una et ego. et hoc quia est ex parte materie
et illius forme. ut est omnis forma continui. et accidencia non corpora-
lia sunt habentia formam continuitatis in materia quia est ex parte materie.
et forme continuitatis. quia eidem rationis sunt in omnibus nata sunt esse
continuum secundum numerum. cum ergo ista individua diversa contingat
comparari ad formam similiter dupliciter modo. uno modo ut est simpliciter
forma in materia. alio modo ut nata est esse tota in una ma-
teria. Si primo modo sic ut plures non est alia ratio ipsius forme
continuitatis simpliciter et individuorum sub ipsa. ut sub toto universali. quare nec
alia ydea. Si 2o modo sic non est alia ratio forme continuitatis simpliciter
et partium contentarum sub ipsa. ut sub toto integrali. quare nec alia
ydea. et per hunc modum nec de predicamento quantitatis non habent
propriam ydeam sed solum illam. que est continuitatis. numerus enim proprie dictus est
multitudo ab unitate profusa. per divisionem continui. existentes sub una
forma continuitatis vel quod natum erat existere. quod est de natura materie
et forme. continuitatis sed forme alie specie differentes. pusillam dimi-
dant. que sub forma continui constituunt nisi essencialem. non autem
numerus qui est de predicamento quantitatis que est accidentalis. unde quia partium
numerus sine unitatibus eius non est alia forma essencialis quam sit forma
continuitatis ipsa unitate aqua deducitur vel nate sunt deduci. nec est
diversa in toto continuum et discretum nisi secundum rationem quandam. partium aliter
se habentium. quia in continuo copulantur ad terminum communem. in discreto
autem non. et hec discretio convenit tamen ex natura alicuius privati-
tio non positivi. in quo differt a genere numerus. numerus secundum philosophum non habet
esse nec intelligi nisi per privationem continui. ex quo patet quod non addit
super continuum nisi rationem negationis a partibus per unitatem. ex
quibus habet aliam rationem mensurandi quod habeat quantitatem continui. et alia
species quantitatis privationes autem non sunt nate cognosci nisi per
ydeas habitus. Similiter partes ut declaratum est non habent propriam ydeam quare
nec numerus. Si dicas numquid ergo non est alia forma et species de-
narii in quantum denarius est. et novenarii. et sic de aliis. maxi-
me cum philosophus dicat metaphysice quod per diffiniciones et essencias per numeros.
dicendum quod numerus unus non distinguitur ab alio ratione forme substancialis vel
essencialis ipsorum numerorum vel numeratorum. secundum se. primum patet quia quelibet mul-
titudo mensuratur per ad unum suum genus. quod non esset si esset
alia forma numeri et unitatis sic non est alia forma unius albi
et pluriorum. Secundum patet primo: numerus enim sicut binarius constituitur ex sola
privativa divisione unitatis continui. per quam aliquid numerus dicitur
significat inter se et abinarius. hic est per additionem et ad distantia
ultime unitatis a prima unitate. que in diviso continui constituitur de re-
liquo diversa. et per ipsam distantiam accipit speciem quam accidentaliter
solum distinguitur ab alio numero. et sic generatur numerus dico
continuum procedit in infinitum per appositionem eius quod dicitur a continuo. sic et divisio
continui procedit in infinitum. unde secundum hoc quemadmodum continuo accidit
magnum et parvum maius et minus. et non diversificant speciem
continui essencialiter sed accidentaliter. sic et in numero. unde accidit numero
quod stet in isto appositio. sic accidit continuo quod stet in isto divisio
propter quod accidit eis quantacumque distantia ab unitate quam
sit alia et alia. sunt diversa species numeri. secundum modum quod sunt
species numerorum. et similitudo plurium est quod ad hoc quod variatur diffi-
nitio numeri per additionem et subtractionem. Modus autem quo illa
simplex et una ydea. speciei deus cognoscit et producit. sive differ-

ad eius intelligentiam sciendum quod in quolibet natura creata est considerare
duo. scilicet essenciam ipsam ut essencia est. quod quidem est de se indiffe-
rens ad esse existencie et non esse. sed sibi deficientibus habet non esse. et
quod habet esse sed est quia est effectus dei. et in indifferens ad esse vel
et participatur sed tamen esse per aliud habet. in quantum recipitur ab alio. esse subsi-
stencie in supposito determinato. esse vero vel in quantum per intellectum
abstrahitur a suppositis tanquam unum a multis. et item per predicationem
applicabile multis. Secundo est considerare eius actualem exi-
stenciam. vel subsistenciam. et sic secundum quod esse rei dupliciter consideratur.
ut in se. vel ut in supposito uno aut multiplicata in pluribus
ita ydea secundum quam deus cognoscat ipsam dupliciter potest considerari.
uno modo ut est ipsius essencie absolute. alio modo ut est ipsius
relate ad supposita. primo modo secundum quod speciem creatam ideo est tamen
una ydea. que cognoscatur totam virtutem essencie. et eius mul-
tiplicationes possibiles secundum plura supposita. Secundo modo illa ydea
una respectu essencie. est plures respectu suppositorum. sub illa specie contentorum.
ita quod sicut ipsa essencia rei una est in se et plures in
relatione ad supposita. ita ipsa ydea eiusdem essencie una
est ut respicit ipsam essenciam absolute. plures non in quantum respicit ipsa
supposita sub ydea per se essencie. nec est diversa nisi quod essencia indivisibilis
est multiplicata secundum rem. ydea vero respectu ipsius essencie una est. plures
vero secundum respectus ad diversa supposita. quorum respectus diversi. sub
una ratione respectus ad ipsam essenciam continet plura supposita. ita
quod sicut ipsa essencia est una ad plura supposita. sic respectus ydealis
ad essenciam manet simpliciter et indivisus. in variis respectibus ad sup-
posita. quia non respicit supposita nisi mediante essencia. sicut si unum
radium descendens in unum punctum medium. ab illo reflexe mul-
tiplicaretur in plures. patet quod re et subiecto differret illi ra-
dii. non sic autem iste respectus. ita quod sicut ipsa essencia una
est in se et non mutatur in suppositis. nisi per accidens quod est causa in
dividuationis. in quibus tota est. sed in nullis secundum totum suum ambitum.
sic ydea ut una est essencie. non mutatur. secundum respectus diversorum
respectuum ydealium. nisi per accidens ut per esse mutatorum in suppositis. et
hec intellexit augustinus ut dicto respondendo ad questionem nebridii
de ydeis. unde acceptum est 2m argumentum. sic una est ratio men-
surandi etc. nec oportet esse simile. quia ratio mensurandi non est una nisi
unitate universali. ydea autem hominis. in deo est una singularis.
sicut ipsa divina essencia. sed solum universalis universalitate exemplaritatis. secundum
modum predictum. Ad id ergo quod primo arguitur quod quelibet res habet
ydeam in deo. quia per se habet esse secundum ymitationem divini esse. dicendum quod verum
est sed non per se. petrus. scilicet sed quodammodo. per se non tamen per se habet esse
secundum ymitationem divinum esse. quemadmodum scilicet accidit humanitati secundum
quod sit humanitas in petro. sic accidit quod ydea humanitatis sit ipse
sit ydea humanitatis petri.

3 q.q.q. Utrum spiritus sanctus si non procederet a filio. distingueretur ab eo.
Et arguitur quod non. quia secundum boetium. omnia unum sunt ubi
non obviat relationis oppositio. sed si spiritus sanctus non procederet a filio.
inter ipsos et filium nulla obviaret relationis oppositio. quia nulla mu-
tuo dicuntur relative in se. Contra spiritus sanctus si non procederet a filio
non distingueretur ab eo. nisi quia iste nascitur ille non procedit
eo quod in eis aliis convenit. sed per hec distingui non possunt. quia sunt
actiones quibus persone producuntur. et ita producunt eas. talia autem
personas non distinguunt. Item relatio realis que debet distinguere
debet habere fundamentum reale. et subiectum quod refert. aliter necesse
relatio secundum rationem tantum sic eidem absolute. subiectum autem relationis ideo non
potest esse ad quod esse. quod est suum fundamentum. non potest. quia subiectum personam
ponit. et relatio non presupponit personas. sed ipsas constituit in esse. Contra
quod est anselmus. de processione spiritus sancti. ubi dicit. nascendo filius distinguitur.
spiritus sanctus procedendo. et si non esset alius modus distinguendi. ex
hoc tamen venit diversi. sed sic procedunt ab eo a patre et non spiritus sanctus
a filio. ergo etc. Hic oportet intelligere in principio. cum personarum distinctio
non sumatur nisi penes emanationes. quia emanationes aliter re-
spiciunt id a quo emanant. aliter id ad quod terminantur.
ex parte eius a quo emanant sufficit. quod sit in ipso diverse rationes.
et principia secundum que dicuntur emanare. ex parte vero eius ad quod terminantur.
requiritur eorum diversitas in esse personali. et distinctio. sic sunt
emanationes diverse. verbi gratia generare filium et producere spiritum sanctum
sunt. diverse emanationes sunt que ab eodem supposito pro-
ducunt. penes diversas rationes et principia. in ipso que sunt natura et voluntas.
ad idem tamen terminari non possunt. sed ad diversa necessario. et ideo emana-
tiones penitus diverse sint ideo. scilicet generatio filii. et processio spiritus sancti.
quamvis possint eciam ab eadem persona. secundum diversas rationes indistinctas
in ipso personaliter. que sunt natura et voluntas. tamen necessario requi-
runt veram distinctionem terminorum. in esse personali. emanantes que
sunt filius et spiritus sanctus. talis autem distinctio non potest esse nisi secundum rem aliquam. que
non est nisi per relationem. oportet ergo ponere quod spiritus sanctus distinguatur a filio
relative. et si non procedat ab eo. et hoc propter diversum modum
emanandi. iste enim diverse emanationes nullo modo possunt ad
eandem personam terminari. secundum quod sic hoc fundat anselmus dictum suum
in argumento ad oppositum. Nec valet si dicatur quod pater est una persona
non obstantibus duabus relationibus. non opposita que sunt
in ipso. ergo similiter filius et spiritus sanctus non obstantibus duabus relationibus
ad patrem. erunt una persona. patet enim secundum iam dicta quod multum est
dissimile a parte principii. actionis et a parte termini. sed enim ex parte
principii. non requiritur distinctio personarum. requiritur tamen a parte
termini. quia termini emanationum debent esse persone. ut persona in esse
subsistentie. non autem principii. sed sufficit quod sit in eadem persona ut
diverse rationes agendi. sic dictum est. Nec valet etiam si di-
catur quod tunc spiritus sanctus distingueretur a filio. in quantum comparatur ad patrem
a quo procedit. diversimode. sed non distingueretur ab eo in quantum
comparatur ad ipsum filium. quia ut modo dictum est. relationes
non distinguunt nisi in quantum sunt opposite. ergo secundum impossibile. spiritus sanctus
a filio distingueretur et non distingueretur. quia si ad hoc contra aliquam. ex compara-
tione. per quam nata est distinguere et non ex comparatione. per quam non
est nata ei distinguere. non sequitur. utrumque comparatorum. ut si duo
est duplum ad unum. et non duplum ad tria. non sequitur ergo est du-
plum et non duplum. immo simpliciter est duplum. quia est duplum ad
unum. et hoc quod non est duplum. quia non est duplum ad tria.
Similiter ergo in proposito. spiritus sanctus distinguitur a filio in comparatione
ad patrem. a quo diversimode procedunt. ex hoc similiter distinguitur.
quia sub illa comparatione nata est distinguere a filio. si autem non disti-
guitur ab eo in comparatione quam habet ad ipsum. quia ad ipsum nulla
comparatione distinguere nata est habere. ex hoc non dicitur non
distingui ab eo nisi secundum quid. Et in principali dicendum. scilicet quod spiritus sanctus
non distinguitur secundum quod comparatur ad filium. quia non procedit
ab eo. non habet veritatem. ex hoc patet. quia si non distinguitur
ab eo. hoc non est nisi quia autem sunt tamen in substancia. dicitur tamen unum
in persona. non primo modo quia nec sic dicere distinguit apparet. nec 2o
modo. quia per id solum habent res distinguere essencialiter ad aliquid et personaliter.
per quod essencialiter et personaliter constituuntur in esse. ut patet per singula
in creaturis. sed pater constitutus habet in esse suo personali per proprietatem
paternitatis. et non autem quoniam eius spiratio activa. nullus est
persone constitutiva. quia quod se personaliter constituitur in esse personaliter. ergo
per paternitatem distinguitur a spiritu sancto. et si non procederet a patre
dummodo tamen esset procedens a filio. quare ergo spiritus sanctus non procedit a filio
non minus ab ipso sua proprietate filiationis distingueretur. quia
et si procedit non tamen personaliter constituitur spiratione. ab ipso distinguitur
personaliter quia non est persone constitutiva. Ad primum in oppositum dicendum quod relatio
obviat duobus modis. et vero opposita et vero disparata. primo
modo obviat inter patrem et filium. 2o obviaret tunc inter
filium et spiritum sanctum. Ad 2m dicendum quod non est in distinctione personali
propter actiones. sed propter personales proprietates. per quorum differentias
quas habent ad generare et spirare. inquantum sunt termini il-
larum actionum. sicut dictum est. vel potest dici quod ille actiones
in quantum considerantur secundum rationem actionum secundum naturas per intelligentiam pro-
ducunt personas. et quia differentes a pluribus proprietatibus intelliguntur.
tamen secundum rem et naturam simul sunt. et eadem relatio cum pluribus proprietatibus
constituunt personas. Ad 3m dicendum quod relatio quamvis fundetur super.

esse suum fundamentum ratione sue essentie. alia ratione inherentie in subiecto. et isto 2o modo verum est quod relatio habet subiectum presuppositum. ut patet in albedine et similitudine. fundata super ipsam quia ipsa habet pro subiecto album. id est ad informatum albedine. sic autem non fundatur aliqua relatio. in divina essentia. quia nullum habet inesse. immo fundatur super ipsam esse. ut est essentia. et ita autem non habet pro subiecto. autem omnino idem pro subiecto et pro fundamento. id est est assistens. Et quod obicitur quod tunc non esset relatio realis. dico quod verum est si ista relatio referret suum subiectum. quod est fundamentum. quod non oportet … nec non refert subiectum tale sed per quod subsisteret in hoc subiecto. et per ipsam relationem inesse constituta et determinata. quod similiter habet esse in essentia … et ipsa. ut determinato et per ipsam constituto et relato. ita quod in deo non est subiectum relationis sic est in creaturis. sed solum suppositum constituitur per relationem. quod non presupponit relatio. quemadmodum in creaturis. similiter ~~hoc~~ habet esse individuale determinato.

q.

Tertio utrum relatio addat rem aliquam ultra suum fundamentum. et arguitur quod sic. quia relatio continet unum predicamentum. predicamenta autem quibus continent rem et res. et ulterius quam ipsam constituit. ita quod aliqua et aliqua

q.4.q.3.

res sunt essentia constituta ad et ad predicamentum. quia secundum boetium in … sunt predicamenta. quia x. predicamenta sunt x. prima genera rerum significantia. ergo etc. ⁼ Contra si relatio dicit rem aliam rem vel esse ab essentia sui fundamenti. ergo in relatione facta ad deum. illa essentia manente. et si non nisi alia addita esse. ergo esset idem essentia alia ab essentia dicta. quod est contra. ⁼ Hic est intelligendum quod relationum quedam sunt reales. quedam secundum rationem. relatio realis est que in re fundata est. et si per se circumscripta … ipsi rei. absque omni consideratione et operatione intellectus. relatio vero secundum rationem est que non fundatur in re. absque opere intellectus esse ipsam. ⁼ ad propositum autem dicitur inter relationem realem. et suum fundamentum. et quo est ad … preter suum fundamentum. et quo non. et quo modo. et quo res. et quo iste modus intelligitur. et quo non. Est sciendum quod cum relatio secundum simpliciter ex sola habitudine ad alterum oriatur. immo relatio est ipsa habitudo. quod unum relativorum mutuo est ad alterum. dupliciter habet considerari ipsa relatio. uno modo ut est quidam modus intervallum habens inter se habitudinem. alio modo ut est fundata in ipsis. non separata ab eis. primo modo relatio una est duorum. sic enim habitudo est una inter patrem et filium. 2o autem modo multiplicatur. secundum pluralitatem relatorum et fundamentorum. et sic in duobus fratribus due sunt fraternitates. Et primo modo est purus modus essendi ad aliud. aliquorum que sunt ad aliud et fundamentorum. per que sunt ad aliud. quemadmodum esse in purus modus essendi est alicui quod est in alio. et quod … dicitur ad aliud esse. nullam recipit distinctionem aut diversitatem. sive in divinis sive in creaturis. sive in relationibus secundum rem. sive secundum rationem. nec ullo modo sunt per se ipsa realiter genus aut species in predicamento relationis. Secundo modo contrahitur realiter a suis fundamentis. cum quantitatibus ipsam habitudinem penes quam in relatione sunt realiter genus aut species. non secundum diversas fundamentorum. sed secundum diversos modos fundandi primus super ipsas res. sed enim simile et equale fundetur super res diversorum generum. qualitatis scilicet et quantitatis. et simile et calefactivum fundetur super res eiusdem predicamenti. tamen quia simile fundatur super unum et multum in qualitate secundum eundem modum. sic equale super unum et multum in quantitate. ideo magis univocantur in genere relationis aut specie. quam simile et calefactivum. quod fundatur diversimode. quod tamen sunt diverse species specialissime. secundum hoc ab eo quod sunt ad omnia diversa. unde similitudo et dissimilitudo fundate super eandem albedinem. sed habent eandem realitatem. tamen sunt diverse species. et hoc non nisi ex parte ipsius modi ad aliud. qui diversus est secundum diversitatem terminorum. ⁼ primo modo est in solo intellectu. non ab intellectu existens. ut operatur in ipso. sed ut modus in … acceptus ad modos distinctos. et qui abstrahitur ab illis. sicut universale apparet. ⁼ 2o modo prout fundata habet esse in ipsis relatis. per … habitudinem multiplicata ex … intellectum. quia quod habitudo proprie non dicitur ad aliud sed illa in quibus est dicuntur ad aliud secundum ipsam. cum ergo in quolibet predicamento sint duo. scilicet ratio predicamenti. que est modus essendi. secundum quem distinguitur ab aliis. et in re quam primum sub illo … constituitur predicamentum. ipsa autem

Boetius de Trinitate c. 12. dicit quod tria predicamenta. scilicet substantia quantitas et qualitas rem monstrant. alia vero predicamenta circumstantias rei.

habitudo utroque modo. non est nisi purus modus essendi ad aliud. patet quod relatio nullam realitatis nec accidentalitatis addit ultra suum fundamentum preter illum modum. qui quidem est ex se non est res sed solummodo modus rei. nec extrinsecus rei. Et quod nulla realitas addatur clare patet ex tribus rationibus philosophi(?). ⁼ primo quia sicut fiebat per intellectum omnis res sub quantitatis et qualitatis. et concipiatur intellectus relationem suum respectum ad aliud per se. sub illa impossibile est assignare aliquas differentias specificas. ipsius enim ad aliud esse. quoniam est de se eiusdem rationis est. si nullam habeat differentiam ab eo super quod fundatur. sic enim esse speciei non est alterius rationis esse hominis esse asini. et esse bovis. nec rationis generis. esse alicuius arboris et lapidis. nec quia est esse habet rem. sic esse ad aliud non est alterius rationis esse domini et servi et esse quarumcumque aliarum relationum. circumscripta realitate aliorum predicamentorum. que importatur nomine domini et servi. que est potentia dominandi in domino. et impotentia resistendi in servo. que pertinet ad 2am speciem qualitatis. unde quod dicitur relatio suppositionis et superpositionis et comparationis. non est nisi quia species ille relationis fundatur super res quarum una superponitur alteri. vel equiparatur ad invicem. quia cum nullum est reale in predicamento nisi id penes quod accipiuntur differentie specifice in illo. et specierum distinctio. ergo nullum reale est in predicamento relationis. nisi quod est res alterius predicamenti. ⁼ 2o patet idem. quoniam id est res in predicamento. quo realiter conveniunt et differunt illa. que sunt in predicamento. sed per rem alterius predicamenti realiter differunt illa que sunt in predicamento relationis. et conveniunt. quod patet quia similitudo Sortis a Platone. alia est a similitudine eiusdem Platonis ad Sortem. et hoc non nisi quia secundum aliam rem fundatur in Sorte et secundum aliam in Platone. quia si eadem albedo numero esset in Sorte et Platone. eadem esset similitudo eorum. secundum rem. differentes solum secundum rationem. quemadmodum convenit in divinis. quod eadem est similitudo secundum rem. differens solum secundum rationem. que patet est similis filio et eius. ergo nulla est res in predicamento relationis. nisi que est alterius predicamenti. ⁼ 3o patet idem sic. si relatio poneret propriam realitatem aliam a realitate sui fundamenti in suo subiecto relato. tunc de se non relatum aliqua relatione puta similitudine. quia nullam habet in se respectu alterius. puta Sortes albus respectu ad Platonem nigrum. non referetur ad id simile. quod haberet in se de novo. nisi aliqua res de novo facta esset in eo. hoc autem non est possibile fieri in aliquo. sine propria sui transmutatione. quod est falsum. quia Platone transmutato secundum alterationem. ut de nigro fiat albus. stante Sorte sine omni sui mutatione. de novo factus est similis Platoni. Falsum est ergo quod similitudo in eo importet rem aliam preter rem sui fundamenti. ⁼ Quod autem a fundamento abstrahat accidentalitatem sic patet. predicamentum relationis medium est inter predicamenta omnino intrinsecus et omnino extrinsecus advenientia. habitudo enim in qua consistit partim est ab intrinseco. partim extrinseco adveniens. relatio enim ut est predicamentum duo habet in se. et rationem modi ad aliud. et rationem cathegorizationis. et ratione utriusque habet accidentalitatem sed diversimode. quia accidentalitatem cathegorizationis. omnino habet ab intrinseco. scilicet a fundamento ipso. accidentalitatem vero modi. que est nuda habitudo. partim habet ab intrinseco. ut a suo fundamento. partim ab extrinseco. ut ab aliquo ei correspondente extra. et propter hoc relatio quamquam media sit inter accidentia intrinsecus et extrinsecus advenientia. magis tamen ab intrinseco advenit quam ab extrinseco. et magis convenit cum accidentibus ab intrinseco advenientibus. propter quod in … habitudo cognata. cum aliorum sex habitudo vocetur simpliciter advenientia. secundum simplicem. fundamento enim similitudinis ut albedini. quod est de se essentiale est quod super ipsam nata sit fundari habitudo similitudinis. et quod in fundetur secundum actum. et essentiale est ei. quod est de se. quod secundum eam album dicatur simile. sed non habet hoc ex se sola perfectione. et secundum actum sed solummodo ex coexistentia alterius albedinis. in alio subiecto. differentie simplicis. videtur enim quod ad aliud sit esse natum. non enim unius est habitudo. sed alterius semper ad alterum. oportet ergo alio coexistente si debet habitudo ipsi salvari. alio solo manente non est habitudo. unde quia reliquum potest desistere vel coexistere ut secundum actum sit habitudo. et preter ipsius fundamentum et ipsius sibi corruptionem. ideo secundum diffinitionem accidentis. quod est quod adest et abest preter subiecti corruptionem. predicamentum relationis omnino est accidens. quia non solum adest et abest preter subiecti corruptionem sed et fundamenti. et propter hoc mutatio fit secundum ad aliud in uno ad mutationem secundum rem in altero. ⁼ Sed est advertendum. quod licet tot predicamenta

sit accidens ut dictum est. et ratione modi. et ratione cathegorizationis. quod tamen alia et alia est ratio accidentalitatis hic et ibi. Ratione enim cathegorizationis tribus modis consueverunt assignari habitudinis cathegorizatio. uno modo ut ipsum fundamentum ponatur. cum habitudine. constituens predicamentum et ypostasim relationis. quemadmodum si figura que est in sigillo cupreo. cathegorizaret cuprum. esset impressa et applicata. vel in … cathegorizare. ⁼ 2o modo ut non ipsum fundamentum sit cathegorizatum habitudinis. sed aliud a fundamento quod in ipsum habitudinem. quemadmodum sigillum non suam figuram in propria materia capere. sed eius similem. ⁼ 3o modo ut non aliud intelligatur habitudinis cathegorizatio. quam determinatio ad id in quo fundatur. que de se indeterminata est. quemadmodum simitas est curvitas determinata naso. que de se indeterminata est ad nasum et ad alia. Et secundum istum modum ex diversa determinatione per diversa fundamenta habitudo diversificatur secundum species et genera ab illis abstracta. ut secundum hoc quod habitudo fundatur super unum in qualitate. ut super duo alba. dicitur similitudo. quod vero super multa. dicitur dissimilitudo. non quod aliud preter modum sui habitudinem sit de predicamento relationis. et hoc quemadmodum sicut diximus motum non esse de predicamento actionis et passionis. sed solum respectus quosdam diversimode fundatos in motu. et determinatos per ipsum. et sic de ceteris predicamentis que consistunt in habitudine. ita quod ista determinatio dicatur realitas predicamenti relationis. et istud videtur multum probabile. per hunc enim cathegorizationem et in predicamento relationis non continet in se rem fundamenti. ut quod similitudo non significat albedinem in qua fundatur. quod tamen ipsam significat in quantum per ipsam determinatur. ⁼ Secundus vero modus videtur michi habere falsam ymaginationem. et impossibilem. non enim cathegorizat quod est aliud secundum rem ab aliquo in aliquo. nec simile sibi cathegorizat aliud. nisi dans cathegorizationem. se habeat ut separatum ab illo. et corporale sicut ipsum. quemadmodum cera corporalis est. et separata accipit eius similitudinem cathegorizationem recipit. nunc autem habitudo cum secundum simplicem sit incorporale quid et inseparatum a suo fundamento. nec sic se potest habere ad ipsum. propter quod videtur michi. quod illo 2o modo non potest cathegorizari. ut ponatur in habitudine aliud re diversum omnino. et ab ipso modo ad aliud et ab ipso fundamento. ⁼ primus modus ut videtur michi est ille quem teneo simpliciter ut patet ex predictis. nec obstat quod idem esset in diversis predicamentis. quia res alterius predicamenti puta albedo. secundum quod habet esse in se est de predicamento qualitatis. sed secundum rationem cathegorizandi habitudinem est de predicamento relationis. dicitur enim simplicius in expositione capituli de actione et passione. nullum inconveniens est idem esse sub duobus predicamentis. penes eam quod secundum se ypostasim. et penes habitudinem ad invicem. et hoc quemadmodum secundum aliquos. motus qui secundum se est de genere quantitatis aut alterius est tamen in genere actionis et passionis. in quantum respectus quos per quos distinguuntur ista duo predicamenta fundantur esse motum. ⁼ Si ergo assignetur cathegorizatio relationis. primo modo. constat quod ratione sue cathegorizationis relatio nullam aliam importat accidentalitatem quam eam que est sui fundamenti. et sic sicut fundamentum accidens est sive. ut albedo. sic et relatio ut similitudo secundum fundamentum nullam habet accidentalitatem preter sui fundamenti. ymmo magis ypostasis et substantialitatis. unde si fundamentum non esset accidens nec ipsa similitudo accidens esset. sic nec relatio in divinis accidens est. ratione sue cathegorizationis. quia super divinam substantiam et esse fundatur in … Est tamen differentia in cathegorizando relationem hic et in divinis. quia relatio in divinis fundatur super substantiam ut substantia est. propter quod bene dicitur quod paternitas est deitas. In creaturis autem non fundatur relatio que accidens est super accidens absolutum. nisi ratione sue inherentie in subiecto. propter quod in illis non dicitur quod albedo est similitudo. et in hoc plus convenit relatio in divinis. cum relatione accidentali. ut cum similitudine. que fundatur in albedine simpliciter. quia de illa bene dicitur quod albedo est similitudo. differentia tamen in hoc. quod relatio in divinis non denominat fundamentum. non enim dicimus quod deitas est pater. sicut dicimus quod albedo est similis. et in hoc magis convenit cum relatione accidentali. que similiter non denominat fundamentum. sed hic et ibi. relatio denominat solum suppositum. ⁼ Si vero assignetur cathegorizatio 3o modo. sic idem sentiendum est de relationis accidentalitate cum eo quod iam dictum est de primo modo. quia quasi secundum idem currunt isti duo modi. sed quocumque modo dicatur ponatur fieri cathegorizatio. preter rationem modi ad aliud. nullam realitatem habet relatio nisi a suo fundamento. et largissime accipiendo realitatem. secundum quod determinatio simitatis dicitur sua realitas. ita quod quecumque

